Subſtantivo maſculini aut fœminini generis, eleganter adjicitur Adjectivum neutrum, ſubſtantivè poſitum; ut, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, *Non bonum eſt multorum dominatio, unus tantum ſit rex*, Hom. Quod loquendi genus imitantur Latini; ut, *Triſte lupus ſtabulis*, Virg. *Varium & mutabile ſemper fœmina*, Id. Quidam per Ellipſin intelligi volunt χρῆμα, quod aliquando exprimitur; ut, ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια, καὶ μένιστον, *Immortalis res & ſempiterna eſt veritas.* Epictet.

5. Atticè neutrum plurale pro ſingulari ponitur; ut, οὐκ ὅσια τοῦτο ποιῆσαι, pro οὐκ ὅσιον; *non eſt æquum hoc facere.*

6. Dualia ἄμφω & δύω non rarò cum plurali conſtruuntur; ut, ἐξ ἀμφοῖν ψευδέων, *ex utriſque falſis*, Ariſt. δύω τοιοῦ καιρὼ τοῦ λέγειν, *Duo loquendi tempora conſtitue.* Iſoc.

7. Subſtantivum ſæpe mutatur in Genitivum, articulo veſtitum; ut, φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων, pro φαῦλοι ἄνθρωποι, *improbi homines*: ἀγαθοὶ τῶν γονέων, pro γονεῖς, *boni parentes*; καλὰ τῶν ζώων, *pulcra animalia*, pro ζῶα, Iſoc. Sic apud Lat. *Nigræ lanarum*

lanarum nullum colorem bibunt, Plin. pro *nigræ lanæ*.

8. Adjectivum, more Hebraïco, mutatur aliquan do in Genitivum nominis abstracti; ut, οἰκονόμος τ ἀδικίας, id est, ἄδικος, *œconomus injustus*.

9. Substantiva nonnunquam Adjectivè usurpan tur; ut, τῇ ἑλλάδα φωνῇ ἐξέμαθον, *Græcam lin guam didici*, pro ἑλληνικῇ; εἰς πατρίδα γαῖαν, pr πατρικὴν, *in terram patriam*.

10. Pro Adjectivo sæpe ponitur præpositio cu suo casu; ut, λόγος μετὰ θράσους, i. e. λόγος θρα σύς, *sermo audax*.

11. Substantiva quædam per Ellipsin subaudiend sunt; ut, τῇ δεξιτερὸν ἐκ νέας ἄσκει, sc. πλευρᾷ, *Virtutem à pueritia exerce*: ποτήριον ψυχροῦ, sc. ὕδα τος, *poculum aquæ frigidæ*, Mat. 10. 42.

12. Adjectiva composita, & derivata in ος defi nentia ferè communia sunt; ut, τιμωρὸς ἀδικίας κ κόλουθος, *Pœna injustitiæ comes est*.

Tertia Concordantia inter Relativum & Antecedens.

III. Reg. RElativum cum *Antecedente* (ut apud Latinos) *concordat genere, numero, & personâ*;

Ut, Ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύρι ος, *Natus est nobis hodie servator, qui est Christus Dominus*, Luc. 2. 11.

Atticè Relativum & Antecedens eodem casu po nuntur; ut, ἧς ἤκουσαν τοῦ λόγου, ᾧ εἶπεν Ἰησοῦς, cre dictum sermoni, quem dixit Jesus, Joan. 2. 22.

Sic Latini; *Restitue in quem me accepisti locum.*

Quandoque Relativum ad intellectum seu sensum rei

rei, non ad vocem conformatur; ut, τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, pro ἃ. *filioli mei, quos rursus parturio*, Gal. 4. 19.

¶ *De Articulo Præpositivo.*

ARticulus Præpositivus emphaticè usurpatur

1. Ad rem certam, ἐπισωρίως, demonstrandam; ut, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, *Tu es Christus ille, filius Dei viventis.* Mat. 16. 16.

2. Ad eximium quiddam, κατ' ἐξοχὴν, denotandum; ut, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, *Ego sum pastor ille bonus*, Joan. 10. 14. ὁ ποιητὴς, *summus poëta*, pro *Homero*. Sic ὁ πονηρὸς *Diabolus*, ὁ παραβάτης *Julianus*, ὁ γεωγράφος *Strabo*, ὁ βυκόλος *Theocritus*, &c.

3. Ad exponendum & distinguendum, ut; πατήρ μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *Pater meus, qui est in cœlis*, Mat. 16. 17. Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς. Δεινότης, ἡ ἐν τοῖς λόγοις, *Eloquentia.*

Omnibus ferè orationis partibus jungitur.

4. Substantivum, subjecti loco positum, articulo vestitur; ut, εἷς ἐστι δοῦλος οἰκίας ὁ δεσπότης, *Unus est servus domûs dominus*, Menand.

5. Articulus cum Genitivo substantivi possessionem significat; τὰ τῶν φίλων κοινά. *Amicorum omnia communia.* τὰ τῶν ἀνθρώπων, *res humanæ.* τὰ τῆς πόλεως, *negotia civitatis.*

6. Articulus neutrius generis præponitur quibuscunque dictionibus, τεχνικῶς & materialiter acceptis; ut, τὸ ἄνθρωπος, *hæc dictio* ἄνθρωπος. τὸ ἀνὴρ, *i. e.* hoc vocabulum ἀνήρ.

7. Articulus neutrius generis, pro nomine ipso abusivè ponitur; ut, τὸ τῆς τύχης: i. e. *fortuna.* τὰ vel τὰς τιμωρίας; i. e. ἡ τιμωρία *pœna.*

8. Nonnunquam Articulus repetitur emphaticè

aut Declarationis cauſsâ; ut, τ' ἄρτον τ' ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Mat 6. 11. τας ἡδονὰς διώκειν, τὰς μετὰ δόξης, *voluptates ſectare*, nempe, *eas, quæ cum gloria conjunctæ ſunt.* Iſoc.

9. Articulus præpoſitivus ſæpe pro Subjunctivo ponitur; ut, τὸ ῥᾷστον ἀπάντων, pro, ὃ ῥᾷστον, *quod omnium facillimum.*

10. Articulus infinitivo præpoſitivus pro ſubſtantivo ponitur in omni caſu; ut, ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεσθαι τὸ ἐρᾶν, *ex aſſpectu naſcitur amor.* τῷ φιλοσοφεῖν ἐναντιοῦται ἀφροδίτη. *Philoſophiæ adverſatur Venus.*

11. Adverbium cum Articulo fit Adjectivum; ut, ὁ πλησίον, *proximus*; οἱ πάλαι, *veteres*; τὰ ὀπίσω, *futura*; ὁ πάνυ, *clarus, illuſtris.*

12. Adverbialiter ponitur Articulus; ut, τῇ μὲν *partim quidem*; τῇ δὲ *partim vero.*

13. Articulus cum Conjunctionibus μὲν & δὲ locum habet in diviſionibus & oppoſitionibus; ut, οἱ μὲν καλοὶ, οἱ δὲ κακοὶ, *hi boni, illi mali.* At in diviſionibus loco præpoſitivi aliquando ponitur Subjunctivus; ut, ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει, *alius quidem eſurit, alius vero ebrius eſt*, 1 Cor. 11. 21.

14. Articulus cum Præp. περὶ, ἀμφὶ, κατὰ, πρὸ, & ſimilibus, & cum nomine proprio, idem ſignificat quod nomen ipſum, vel comitatum; ut, οἱ περὶ ἱερέα, *ſacerdotes*; οἱ πρὸ ἡμῶν, *majores noſtri*; οἱ ἐν τῷ τέλει, *magiſtratus.* οἱ ἐν τοῖς μαθήμασι, *literarum ſtudioſi.*

Uſum autem Articulorum certiùs & meliùs Autorum obſervatio ſuppeditabit, quam ullæ Grammaticorum Regulæ.

Syn-

¶ Syntaxis Nom. Subſtantivi.

POſterius duorum Subſtantivorum diverſa ſignificantium, in Genitivo ponitur; ut, ἔργα νέων, βυλαὶ τε μέτων, δίκαί τε γερόντων· *Opera juvenum, conſilia medicorum, preces ſenum.*

1. Aliquando loco Genitivi ponitur præpoſitio cum ſuo caſu περιεσηκώς; ut, ἀτυχία περὶ τὸν βίον· i. e. ἀτυχία βίε, *vitæ infelicitas*· τὰ περὶ ψυχὴν ἀγαθὰ, κυριώτατα λέγουσι καὶ μάλιστα ἀγαθά· *Animi bona, præcipuè & maxima bona nominamus*, Ariſt.

2 In nominibus propriis Genitivus ſæpe per Ellipſin ponitur, ſubaudito priore Subſtantivo; ut, Αλέξανδρος ὁ Φιλίππε, *Alexander Philippi*, ſubaudi υἱὸς *filius*. Sic apud Latinos, *Deiphobe Glauci* & *Hectoris Andromache*: pro *Glauci filia* & *Hectoris uxor*.

3. Adjectiva neutra, pro Subſtantivis uſurpata, Genitivum more Subſtantivorum poſtulant; ut, τὸ χρηστὸν τῦ θεῦ, pro χρηστότης, *Dei benignitas*, Rom. 2. 4. Βαρβαρικὸν τ' γλώσσης, pro γλῶσσα βαρβαρικὴ, *lingua barbara*.

4. Genitivus per ſe poſitus eſt abominantis; ut, τ' ἀναιδείας! ὦ *impudentiam*!

5. Subſtantiva, cùm ad laudem vel vituperium referuntur, genitivo, vel συνεκδοχικῶς accuſativo gaudent; ut, ἀνὴρ μεγάλης βυλῆς, vel μέγας βυλὴν, *vir magni conſilii*.

6. Sæpe ponitur Genitivus abſolutè ſumtus; ut, ἐμῦ διδάσκοντος, *me docente*.

¶ *Syntaxis nom. Adjectivi.*

Genitivus poſt Adjectiva.

A*Djectiva quæ deſiderium, notitiam, ignorantiam, &c. denotant, Genitivum adſciſcunt.*

1. *Deſiderium*; ut. δυσέρως τ δόξης, gloriæ perditè cupidus. 2. *Curam vel incuriam*; ut, ὀλιμελὴς τῶν φίλων, ſtudioſus amicorum. ἀμελὴς τῶν μισῶν, negligens muſarum. 3. *Notitiam*; ut, ἔμπειρ☉ τῶ χωρίυ, peritus loci. 4. *Ignorantiam*: ἄπειρ☉ τῶν πρόξεων ὁ νέ☉, juvenis eſt rerum imperitus, *Ariſt.* 5. *Copiam*: πολλῶν μεςὸν ὄζι τὸ ζῆν φρονίδων, vita multis curis referta eſt, *Menand.* 6. *Inopiam ſeu indigentiam*: ἔρημ☉ φίλων, amicis orbatus. νῶ κενὸς, mente carens. 7. *Dignitatem*: ἄξι☉ ἐργάτης τ τροφῆς αὐτῦ ὄζιν, dignus eſt operarius cibo ſuo, *Matth.* 10. 10. 8. *Differentiam & diverſitatem*: ἀλλότριον τῦ συμποσίυ τὸ εἰςιᾶν, rixari alienum eſt à convivio. διαφέρον ἐκείνυ, diverſum ab illo. 9. *Vacuitatem*: ut, κενὴ ὀϊςῶν ἡ φαρέτρα, vacua ſagittis pharetra. 10. *Dominatum aut ſervitium*: ut, ἀκρατὴς ὀθυμιῶν, cupiditatibus obtemperare non valens, *Xenoph.* πολλὰ δῦλα τῦ λόγυ, multa ſerviunt rationi. 11. *Accuſationem, damnationem, & abſolutionem*; ut, ἔνοχ☉ ἱερωσυλίας, reus ſacrilegii. κλοπῆς ἔνοχ☉, reus furti. καθαρὸς τῶν ἐγκλημάτων, purus à criminibus. ἔνοχ☉ autem legitur cum Dat. *Mat.* 5. ἔνοχ☉ τῇ κρίσει, τῷ συνεδρίῳ. 12. *Participationem ſive communionem*; ut, κοινωνὸς τῶν ἀπορρήτων, particeps ſecretorum: τιμῆς μέτοχ☉, honoris particeps.

1. *Parti-*

[1] *Partitiva*, [2] *infinita*, [3] *interrogativa*, [4] *numeralia*, [5] *composita cum* ἀστερητικῷ, [6] *denominativa in* κὸς *&* ήεις ; [7] *comparativa item &* [8] *Superlativa*, *Genitivo gaudent.*

1. Ἕτερος τῶν ὀφθαλμῶν, oculorum alter. 2. τὶς τῶν νομικῶν, quidam ex legis peritis, *Luc.* 11. 45. 3. τίς ὑμῶν, quis è vobis? 4. Ὅμηρος πάντα ἡδέως γαστρὸς ποιεῖται, Homerus omnia ventri posthabenda censet, *Heliod.* 5. ὀλιγοθυμιῶν ἀκρατὴς. cupiditates continere non valens. 6. ἀγαθὸς θεὸς καὶ ἀγαθῶν παρεκτικὸς, bonus est Deus, & bonorum dator, *Bas.* φυλακτικὸν σώματος ὑγίεια, ψυχῆς παιδεία, sanitas corpus conservat, disciplina animum, *Arist.* 7. τὸ πολυπραγμοσύνης ἥδιον κενεώτερον ἄλλο, nihil vanius curiositate. 8. πάντων σοφώτατος, sapientissimus omnium.

¶ *Attici sæpe permutant Gradus.*

Sc. 1. *Positivum pro Comparativo*; ut, καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως, melius est non vivere, quàm miserè vivere; pro κάλλιον, *Menand.* 2. *Comparativum pro Superlativo*; ut, πάντων σοφώτερος ἐστι, pro σοφώτατος, omnium sapientissimus. 3. Contrà, *Superlativum pro Comparativo*; ut, τὰ ἄρρενα κινητικώτατά ἐστι τῶν θηλέων, pro κινητικώτερα, longè agiliores fœmellis sunt masculi, *Arist.*

¶ *Comparativis & Superlativis sæpe adduntur particulæ intendendi.*

Quales sunt, πολλῷ, πολλὸν, πολὺ, παμπολὺ, μυρίον, ὑπερβολὴν, ὅσῳ, τοσούτῳ, μᾶλλον, μέγα, πάνυ, λίαν, πόσῳ, μικρῷ, ὀλίγῳ, μακρῷ, τόσῳ, ὅσον, τοσοῦτον, &

similes; ut, ἀρχὴ ἡμίσεια παντὸς, ἢ τέλος ἡμίσεια παντός. multò melius est principio mederi, quàm fini.

Nomina quædam, superlativorum naturam habentia, Genitivo gaudent; ut, ἔξοχος πάντων, præcipuus omnium. θεὰ θεάων, diva dearum.

Dativus post Adjectiva.

Adjectiva, quæ commodum, facilitatem, amicitiam, similitudinem, aptitudinem, æqualitatem, aut his contraria significant, in Dativum transeunt.

1. *Commodum aut incommodum*; ut, παῖσιν ἔπος χρήσιμα, μεγάλη χάρις ἀνδρί. pueris dixit utilia, magna fit ei gratia. ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη, malum consilium consultori pessimum. 2. *Facilitatem, aut difficultatem*; ut, ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυστον οὐδέν· omnia Deo facilia, & impossibile nihil. Ἄπαντα πάντα χαλεπὰ· Insueto omnia difficilia. 3. *Amicitiam & inimicitiam*; ut, φίλος σοί, amicus tibi. ἐχθρὸς τῇ πόλει, inimicus civitati. 4. *Similitudinem & dissimilitudinem*; ut, τὸ ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον· simile simili gaudet. ἀνόμοιός σοι, dissimilis tibi. 4. *Aptitudinem*; ut, ἁρμόσσον μοι, conveniens mihi. 6. *Æqualitatem*; ut, τοῖσι ἴσα, his æqualia, &c. Sexcenta licet hujusmodi Adjectiva ex autorum lectione colligere.

Adjectiva

Adjectiva cum σὺν & ὁμοῦ *composita, & aliis etiam præpositionibus, Dativum adsciscunt:*

Ut, σύντροφος ἐμοὶ, mecum educatus. ὁμόγλωσσος ὁμότεχνος, ὁμόφρων ἐκείνῳ, cum illo ejusdem linguæ, artis, sententiæ. πολλοῖς ἔμφυτος, multis insitus. ὀφθαλμῷ πρόσφορος, oculo commodus & congruens.

Quædam ex his, quæ similitudinem significant, etiam Genitivo gaudent; ut, ὅμοιος ἀνθρώπου.

Quodvis Adjectivum, admittit Dativum, significantem causam, instrumentum, modum, aut similem circumstantiam.

Ut, οἴνῳ καὶ θυμῷ κάτοχος; vino & irâ percitus. *Heliod.* θρασὺς στόμασι, audax ore. ἕτοιμος ξίφει, paratus gladio.

Græci eleganter utuntur gemino Dativo, interpositâ conjunctione καὶ; ut, τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι, quid mihi tecum est mulier, *Joan.* 2. 4.

Nonnulli hic ἐλλειπτικῶς intelligi volunt κοινὸν ὄν τι πρᾶγμα, vel simile quid.

Adjectiva passivè accepta, Dativum regunt; ut, ἄγνωστος τοῖς πολλοῖς, multis ignotus.

Accus.

¶ Accusativus post Adjectiva.

ADjectiva, *Laudem vel vituperium, Patriam, Gentem, Nomen, Artem, Partem, & similia significantia, Præpositionem* κατὰ *per Synecdochen subauditâ, Accusativum regunt.*

Ut, ἀνὴρ ἀγαθὸς τὸ τρόπον, honestus moribus: τυφλὸς τὸν νοῦν, τὰς ὄμματα, cœcus & mente & oculis. παῖς Ῥωμαῖος, Romanus patria. Λυδὸς τὸ γένος, Lydus Natione. Σύρος τὸ ὄνομα, Syrus nomine. θαυμάσιος τὴν τέχνην, mirandus arte. λευκὸς τὴν κεφαλὴν, albus capillos. Sic apud Virg.

Omnia Mercurio similis ——————

Verbalia in τέον *postulant casum sui verbi:*

Ut, γραπτέον ἐμοὶ τὴν ἐπιστολὴν, scribenda est mihi epistola. Dicimus enim, γράφω ἐπιστολήν. νέους ζηλωτέον τοὺς γέροντας, juvenes debent imitari seniores. Qui modus quoque Latinis placuit; ut, Virg.

——*Pacem Trojano à rege petendum*: pro *petenda pax.*

Adjectiva neutralia per Enallagen, Adverbiorum loco ponuntur;

Ut, θαυμαστὸν ὅσον, mirum in modum: τὰ πρῶτα, primum: τὰ ἀρχαῖα, olim: τὰ τελευταῖα, ad ultimum: ἁνυπόστατα, lætissimé.

De

¶ De Pronominis Syntaxi.

GEnitivus pronominis primitivi, vel compoſiti, loco poſſeſſivi uſurpatur;

Ut, παλήρμυ, pro παλὴρ ἐμὸς. πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς ἐρανοῖς, pro ἡμέτερος. Hector ad Andromachen, Iliad. 6. τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, res tuas cura; pro τὰ σὰ ἔργα. ὅπως ἀεὶ τοῦ λόγους τοῦ σεαυτῆ, ſemper habeas rationem ſermonum tuorum, *Iſoc.*

Pronomina quandoque conſtruuntur loco Adverbiorum;

Ut, ταῦτα τοι, ταὔτ' ἄρα, proinde. ταύτῃ, hoc pacto. ταύτῃ τοι, itaque.

¶ *De Verborum Syntaxi.*

Nominativus poſt Verbum.

VErba Subſtantiva, & ſimilia, utrinque Nominativum expetunt;

Qualia ſunt, εἰμί, τυγχάνω, ὑπάρχω, γίγνομαι, πέφυκα, γέγονα; & poëtica, πέλω, πέλομαι, τελέθω, κύω, *ſum*; ut, πολλῶν κακῶν ὀπιπάλυμμά ἐστιν ὁ πλοῦτος *multorum malorum operculum ſunt divitiæ.* Similia ſunt, quæ Latinè per *evado* ſeu *fio, maneo, naſcor* exponi poſſunt.

N. B. Poſterior Nominativus Atticè mutatur in Genitivum; ut, Κροῖσος ἦν πολλῶν, pro πλούσιος, *Cræſus eſt dives.* Sic Hor. *Fies nobilium tu quoque fontium*; pro *fons nobilis*, Verbo τυγχάνω elegantèr poſtponitur participium ὤν cum nominativo; ut,

Σωκράτης

Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφός, *Socrates eſt ſapiens*. Sin ticipium áliud ſequatur, omittitur ὤν; ut, Σω της τυγχάνει περιπατῶν, pro περιπατεῖ; *Socrates bulat*. Sic Latini, *Omnia ſunt hominum tenui pendentia* i. e. *pendent*.

Verba Paſſiva vocandi, nuncupandi, exi mandi, & cognoſcendi, aut quæ geſt modum, ſtatum, vel cauſſam rei ſign cant, utrinque Nominativum admitt

Ut, οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη κακοὶ ἢ φαῦλοι, *perturbationibus nec boni nec mali nominamur*. Huc fertur ἀκούω pro *dicor*, vel *appellor*; ut, καλῶς ἀκ διεργετῶν; i. e. διὰ τὸ διεργετεῖν, *laudatur propter neſi entiam*. Sic Cic. *Eſt hominis ingenui velle bene dire ab omnibus*.

Genitivus poſt Verbum.

Verba, quæ animi affectionem aut ſt dium deſignant, Genitivum adſciſcu

ut, πάντα ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ, omn videntur bonum aliquod appetere.

Huc pertinent Verba, 1. *Aberrandi & fruſtrandi* ut, οἱ μὲν δεῖσα φρονοῦντες ἐνίοτε διαμαρτάνουσι τοῦ δ ἀφέσεως, qui optimè ſapiunt, aliquando ab uti aberrant, *Iſoc*. 2. *Abſtinendi*; ut, ἀπέχου ἀλλοτρίω alienis abſtine. 3. *Accuſandi & abſolvendi*; ut, κα τυγχάνειν ἑαυτοῦ, ſeipſum accuſare 4. *Admirandi*; ut θαυμάζω σου, admiror te. 5. *Appetendi, negligendi* ut, ὀρέγομαι τῆς ἐπιστήμης, appeto ſcientiam. ὀλιγω φεῖν τῶν φίλων, amicos negligere. 6. *Amandi*. 7. Æ ſtimandi. 8. *Arcendi ſeu prohibendi*. 9. *Aſſequendi*. 10. *Communicandi*. 11. *Conandi*. 12. *Contemnendi*. 13. *Copi*

Copiæ aut inopiæ. 14. *Curandi* 15. *Damnandi.* *Differendi & diſtandi.* 17 *Dimittendi.* 18. *Dolen-* 19 *Dominandi & imperandi.* 20. *Emendi & ven-* *di.* 21. *Excellendi, ſuperandi.* 22. *Fruendi.* 23. *Im-* *ndi, vacuandi.* 24. *Incipiendi, deſtinendi.* 25. *Libe-* *di.* 26. *Memoriæ aut oblivionis.* 27. *Parcendi.* *Participandi.* 29. *Privandi.* 30. *Sedandi.*

Verba ſensûs Genitivo gaudent, præter illa quæ ad viſum pertinent. Atticè verò omnia Verba ſensûs Accuſativum regunt.

Sæpe Verbis adjungitur Genitivus ἐλλειπτικῶς; ut, μακαρίζω σε τῆς τύχης; h. e. ἕνεκα τῆς τύχης, beatum te prædico ob felicitatem.

Quibuſlibet Verbis additur Genitivus abſolutè ſumtus; ut, ἐμοῦ διδάσκοντος; & Atticè Accuſativus.

Dativus poſt Verbum.

VErba acquiſitivè poſita, & ſimilia, Dativum exigunt; ut, γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, fœminis decus affert ſilentium.

Huic Regulæ appendeunt varii generis Verba, quæ Latinorum ſtructuram ſequuntur; quæ uſu diſcenda ſunt: non enim enumerari omnia, nec regulis comprehendi poſſunt. Qualia ſunt Verba 1. Commodi aut incommodi. 2. Adorandi ſeu ſupplicandi. 3. Admonendi ſen hortandi. 4 Appropinquandi. 5. Certandi 6. Colloquendi. 7. Comitandi & ſequendi. 8. Concedendi ſeu permittendi. 9. Con-

9. Confidendi. 10. Conveniendi & converſa
11. Credendi & diffidendi. 12. Dandi & adim
di. 13. Exprobandi. 14. Gaudendi. 15. Ig
ſcendi. 16. Increpandi ſeu objurgandi. 27.
ſcendi. 18. Jubendi. 19. Minandi. 20. Nun
andi. 21. Obſequendi & repugnandi. 22. Occ
rendi. 23 Placendi & diſplicendi. 24. Prom
tendi. 25. Serviendi ſeu Miniſtrandi. 26. Si
litudinis. 27. Sufficiendi. 28. Utendi. Ex
tamen nonnulla aliis caſibus aliquoties adjung
tur.

*Multa Verba Dativum, vel alium caſum h
bent, vi præpoſitionis ex qua componuntu*

Ut, ἔνεστι κὴ μύρμηκι χολός, *Ineſt & formicæ bilis.*
δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῆσι, pro ἐμβάλλυ. ταῦτα τ
ἐνικάτθεο θυμῷ, pro ἐσκάλαθι; *repone hæc in animo t*
Δεῖ ταῦθ' ὑποβάλλειν αὐτῷ, *oportet hæc ei ſubjicere,*
monere.

*Quodvis verbum admittit Dativum, ſignifi
cantem cauſſam, aut inſtrumentum, aut m
dum actionis;*

Ut, τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ, *mortuus eſt apoplexiâ.* Ἀ
γυρέοις λόγχαισι μάχυ, κὴ πάντα κρατήσεις: *Argenti
pugna telis, ac omnia vinces;* Sic reſpondit oraculum
Philippo Regi interroganti, quo pacto poſſit poti
victoriâ. λόγῳ ὦν ἀρετὴν δίδασκε, ἔργῳ δὲ αὐτὴ
κήρυττε, *verbo virtutem doceto, opere autem eandem decl
rato.*

*Duo Dativi per conjunctionem κὴ copulati
ſæpe conjunguntur, ſubintellecto verbo ſubſtan
tivo, & ſeparationem quandam ſeu alienatio
nem notant.*

Ut, τί ἐμοὶ κὰὶ σοὶ γυναῖ, *quid mihi tecum eſt, muli
er?*

ει? Joan. 2. 4. μηδὲν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, nihil tibi sit cum justo illo, Mat. 27. 19.

¶ Accusativus post Verbum. §

Verba Activa, & eorum significationem habentia, Accusativum postulant;

Ut, in præceptis sapientum; ἄκουε πολλά. λάλει παίδεια. σοφίαν ζήλου. πρόσπαιζε. ἄγε τὸ μέλλον. Audi multa. Loquere tempestiva. Æmulare sapientiam. Age justa. Respice futurum.

Quodvis verbum admittit Accusativum nominis ab eo deducti, vel cognatæ significationis;

Ut, μάχομαι μάχην, pugno pugnam. χαίρομαι χάραν μεγάλην, gaudeo gaudio magno. δεῖπνον δειπνῶ, cœno cœnam, &c.

Quædam Verba duplicem postulant Accusativum; unum personæ, alterum rei; ut,

Ἀδικῶ σε ἀδικίαν, afficio te injuriâ. παιδεύω σε παιδείαν, instituo te disciplina, Marc. 9. ὃς ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος, 1 Cor. 3. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα. Hujus farinæ sunt verba faciendi, πρόσπαιζε, ποίει, ἐργάζομαι, δέομαι, βλάπτω vel ἐργάζομαι ut, πρόσπαιζε σε κακόν, facio tibi malè. *Sic & ἀγαθοεργέω* ut, οἱ ἀγαθοὶ μεγάλα ἀντὶ μικρῶν εὐεργετοῦσι, boni pro parvis magna beneficia conferre solent.

Accusativus sæpe cum Verbo ponitur per Ellipsin, aut Synechdochen; ut,

γήρᾳ & ὑδὸν ἱκάνῃς, *sc.* οἷς; ad senectutis limen pervenire, *Odyss. λ.* ἀλγέω τὴν κεφαλὴν, doleo capite, sive mihi

mihi dolet caput. πονεῖν τὰ σκέλη, laborare ex cr tibus. πλήπτεσθαι τὴν κεφαλήν, verberari capite.

Nonnulla variam habent conſtructionem; ut ὑπολείπει μοι, ἢ με τόδε, hoc mihi deeſt. ἄρχ ἢ τῆ πόλεως ἢ τῇ πόλει, præeſt civitati. προσκυ τῷ Θεῷ, ἢ τὸν Θεόν; *Adoro Deum.* Cum multi aliis hujuſmodi..

Verborum Paſſivorum ſyntaxis.

VErba *Paſſiva exigunt Genitivum cum Præpoſitionibus* ὑπὸ, ἀπὸ, παρὰ & πρὸς

Ut, διδάσκομαι ὑπό σου, doceor à te. ἀπ' ἐσθλῶ ἐσθλὰ μαθήσεαι, à bonis bona diſces. παρὰ Κυρί ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί à Domino aptatur mulier vi ro, Prov. 19. 14. πρὸς Θεῦ ἢ πρὸς ἀνθρώπων τιμᾶται à Deo & hominibus honoratur.

Omiſſa Præpoſitione, Genitivus ſæpe in Dativum vertitur; ut,

πεποίηταί μοι τοῦτο, pro ὑπό μου, hoc à me factum eſt διδάσκομαι σοι, pro ὑπό σου, doceor à te. Idem & Latini imitati ſunt; ut, *Ovid. Triſt. Barbarus hîc ego ſum, quia non intelligor ulli*: pro, *ab ullo.*

Aliquando Verba Activa, & Media paſſivè ſignificant, & paſſivam habent conſtructionem: h. e. *exigunt Genitivum cum præpoſitione*;

Ut, ἐλάσσω κακὰ πάσχειν ἄνθρωποι ὑπὸ τῶν ἐχ θρῶν, ἢ ὑπὸ σφῶν φίλων· Pauciora mala patiuntur ho mines

mines ab inimicis, quàm ab amicis: ἀποθανεῖν ὑπὸ γυναικὸς φαρμάκῳ, interfectus eſt ab uxore veneno. *Lucian* ὑπὸ ἀκρήτου πονηρῶς ἔχω: à mero malè habeo; *i. e.* ebrius ſum. ἐργάζομαι τινὶ γῆν, colo terram; & ἡ γῆ ἐργάζεται ὑπ' ἐμοῦ, terra à me colitur. ζῶντι δ' ἀνδρὶ, μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Vivente viro, adultera vocabitur, ſi ſe junxerit alteri viro, *Rom.* 7. Ità etiam Lat. *Periit ab Annibale*, Plin. ἀπαλλάττω ὑπό τινος, liberor à te. Sic τιμῶ cenſeor, ἀναλαμβάνω recreor, ἀναγνήμπτω reflector, ῥίπτω jactor, συνάπτω conjungor, ἀσκῶ exerceor, κρύπτω occultor.

Paſſiva regunt Accuſativum Activorum ſuorum. ut,

Μωρῷ οὐ ἐπιτρέπεται τινὶ ἀρχήν; μωρῷ οὐ πιστὰ ἀμφὶ τινῶν πράγμασιν· Stulto imperium non committimus. Sic 1 *Tim.* 1. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ, ſecundùm Evangelium quod mihi concreditum eſt.

De Infinitivo, Gerundiis & Supinis.

PRo Gerundiis & Supinis utuntur Græci Infinitivo, vel cum, vel ſine Articulo.

ut, λέγειν ἀγαθὸς, dicendi peritus. Δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, Duo loquendi tempora conſtitue. οὐδὲν ἄπιστον πρακτέον τοῦ νικᾶν ἕνεκα; nihil perfidè agendum eſt vincendi cauſsâ. ἐν τῷ σπουδάζειν, in ſtudendo. πρὸς τὸ προσεύχεσθαι, ad orandum. ποιεῖν αἰσχρὸν, factu inhoneſtum.

Infinitivus ab Adjectivo pendens, vim h
bet Gerundii in dum ; ut,

λαβεῖν ἄεις Θ; ἀδυναλώτα Θ δὲ λέγειν, ad garrie
dum idoneus, ad dicendum minimè accommodat
Plut. ἀργαλέος γὸ ὀλύμπι Θ ἀνλιςάρεδαι, Difficile
Jupiter ad repugnandum : *i.e.* difficile eſt Jovi
pugnare, aut ſe ei opponere, *Hom. Il. ά.*

Infinitivus cum Verbis aut Participiis, m
tum ad locum ſignificantibus, ponit
pro Gerundio in dum τελικῶς ; ut,

πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν, Vado ad parandu
vobis locum, *Joan.* 14. 2. *i. e.* ut parem. ἦλθε
υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ζητῆσαι κὴ σῶσαι τὸ ἀπολωλός· ve
filius hominis ad quærendum & ſalvandum qu
perierat : *i. e.* ut quæreret & ſalvaret.

Infinitivus ſæpe uſurpatur loco Subjunctiv
præcedente particulâ ὡς, ὥστε, vel πρὶ

Ut, ὡς δὲ συμβολήν εἰπεῖν, ut breviter dicam, ἵ
τυχεῖν τιμῆς, ut conſequaris honorem. πρὶν συν
θῆναι αὐτές, priuſquam ipſi conveniſſent, *Mat.* 1. 18

Infinitivis additur Verbum μέλλω, *&* ph
rumque per futurum exponitur ; ut,

Μέλλω ποιῆσαι, facturus ſum. μέλλει ζητῆν, qu
ſturus eſt, *Mat.* 2. 13.

D

¶ De Participiorum Syntaxi.

Participia regunt caſus ſuorum verborum; ut,

Οὐκ ὅτι πένης, ὁ μηδὲν ἔχων, ἀλλ' ὁ πολλῶν ὀπθυμῶν: οὐκ ἔστι πλούσιος, ὁ πολλὰ κεκλημένος, ἀλλ' ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος; Non pauper eſt qui nihil habet, ſed qui multa deſiderat: non dives eſt qui multa poſſidet, ſed qui non multis indiget, *Chryſoſt.* ὁ ἐλαχίστοις ἀρκούμενος πλουσιώτατος; Ditiſſimus eſt, qui paucis contentus eſt.

Participia quandoque ponuntur loco nominum, & ut nomina conſtruuntur; ut,

τόξων εὖ εἰδώς, peritus ſagittandi; pro εἰδήμων. μάχης εὖ εἰδότε πάσης; belli ſcientes, ſeu periti rerum bellicarum, *Hom.*

Participia interdum pro Infinitivo ponuntur; ut,

Εὑρέθη ἐν γαστὶ ἔχουσα, pro ἔχειν, *deprehenſa eſt habere in utero*; id eſt, *deprehenſa eſt gravida. Mat.* 1. 18. ad verbum, *in ventre habens.* *N.B.* Iſtud autem præcipuè fit in verbis perſeverandi, deſiſtendi, ſentiendi, inveniendi, & (in ſumma) verbis ſignificantibus animi affectionem; ut, ἀγαπῶν με διαλλεῖ, *perſeverat me amare*, pro ἀγαπᾶν: παύσασθε ἐριζοντες πρὸς ἀλλήλους, *deſinite contendere inter vos*, pro ἐρίζειν, *Lucian.* πλεῖστοι οὐκ αἰσθάνονται ἁμαρτάνοντες, *multi non ſentiunt ſe errare*; pro ἁμαρτάνειν. Sic *Virgil.*

—ſenſit medios delapſus in hoſtes; pro ſe delapſum eſſe: ἐτέλεσε διαβάσων, pro διαβάσειν, ceſſavit præcipere: οἶδα ἰδών, ſcio me videre.

Participia quædam interdum elegantèr redundant; ut,

φῦγεῖν ἀπιών, abiit: παίζει ἔχων, illudit: λησεῖς ἔχων, nugaris: ὑπείξειν ἑαυτὸν φέρων ἄρχουσι, ſubmiſit ſe magiſtratui.

Participia cum nomine ſæpius abſolutè in Genitivo ponuntur; ut,

Θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος· μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει πόνος: Deo dante, nihil valet invidia; Deo non dante, nihil valet labor. Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται: Quercu cadente, quilibet ligna colligit.

¶ De Impersonalium Syntaxi.

IMperſonalia exigunt quædam [1] Genitivum: quædam [2] Genitivum & Dativum: quædam [3] Dativum: quædam [4] Accuſativum. ut,

1. δεῖ, δεῖται, προσήκει, opus eſt; ut, δεῖ μοι χρημάτων, opus eſt pecuniis. 2. μέλει, μέλαμέλει, προσήκει, διαφέρει, μέτεστι, ἐνδέχεται, fieri poteſt. 3. δοκεῖ, ζημιοῖ, αἰνεῖ, ἔξεστι, πρέπει, καθήκει, προσήκει, πρέπει, συμφέρει &c. 4. χρὴ, πρέπει, δεῖ, ὀφείλει, oportet;

ut,

ut, χρὴ τοὺ γενομένους, μέχρι ἂν ζῶσι, πονεῖν: Genitos oportet, quoad vixerint, laborare.

¶ De Adverbiorum Syntaxi.

ADjectiva neutralia, & fœminina Dativi ſingularis, Adverbiorum naturam ſæpe induunt. ut,

πολὺ κρεῖττόν ἐστι, μικρὸν περέχειν ἐν τοῖς μεγάλοις, ἢ πολὺ διαφέρειν ἐν τοῖς μικροῖς: præſtat parùm eminere in magnis, quàm multùm excellere in parvis. Ἴσα τοῖς γονεῦσιν ἀπεδόσαν αὐτῷ, æqualiter parentibus coluit eos; id eſt, non ſecus ac parentes. πρῶτα θεὸν τίμα. μεθ' ἑπεῖτα δὲ σοὺς γονῆας: Primùm Deum cole, deinde verò tuos parentes, Phocyl. Sic Lat. *Horrendum* clamat, *torvum* videt. Virg Æn 8. —*inſueta* rudentem; pro *inſueto* more: ἰδίᾳ privatim, δημοσίᾳ publicè παῤῥησίᾳ liberè, θύρῃσι foris. Sic & ἀρχὴ vel τὴν ἀρχὴν, τὰς ἀρχὰς, κατ' τὰς ἀρχὰς, καθαρχὰς, & τὰ καθαρχὰς, initio, vel prorſus.

Adverbia Derivata, primitivorum; comparativa & ſuperlativa, nominum ſuorum ſtructuram retinent. ut,

ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ Dignè viro bono: ità, ut decet virum bonum. οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς ζοφοῖς κείνται vulgus & ſapientes non eodem modo judicant. Ariſt. πάντων μάλιστα, omnium maximè; πάντων ἥκιστα, ominum minimè.

Adjectiva Temporis, à poëtis pro adverbiis uſurpantur; ut,

Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τὸν σὸν οἶκον ἄγεσθαι: *Tempeſtivus uxorem ducas in domum tuam;* id eſt, ὡραίως, *tempeſtivè.* Heſiod. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα: *non decet virum conſiliarium dormire nocturnum;* i.e. *per totam noctem,* pro παννυχίως. Virg. Æn. 8. — *Æneas ſe matutinus agebat;* pro *manè.*

Adverbia Demonſtrandi Nominativo gaudent; ut,

ἴδε, ἰδού, ἠνίδε: *en* vel *ecce*: ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, *ecce agnus Dei,* Joan. 1. 29. ἰδού σοι ἔτοσι ὁ δελφῖνων ὠκύταλος, *eccum tibi delphinum velociſſimum,* Lucian. ἠνίδε παλιγενέταο θεοῦ πρόσθεν ἀμνὸς ἐχέφρων, *ecce omnigenerantis Dei in propinquo agnus prudens.* Nonnus.

Adverbia multa quantitatis, loci, temporis, numeri, ſeparandi & excipiendi, celandi, ordinis, cauſæ, ſimilitudinis, comparationis, & indignationis, præpoſitionum naturam habentia, Genitivum adſciſcunt;

Quantitatis; ut, ἄλις ἔχω εὐδαιμονίας, ſatis habeo felicitatis, *Lucian.* 2. *Loci*; ut, ἐγγὺς τῆς πόλεως, prope civitatem: ἔξω βελῶν, extra tela: πέραν τοῦ Ἰορδάνου, trans Jordanem: ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, extra viam publicam nè ingrediaris: πῇ γῆς; ubi terrarum? 3. *Temporis*; ut, αὐτίκα, ἐυθὺς ſtatim: ἕως quamdiu: πολλάκις ſæpe: πρωῒ manè.

4. *Numeri*;

4. *Numeri*; ut, ἅπαξ, δὶς, τρὶς, τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, semel, bis, ter, quater in anno. 5. *Separandi & excipiendi*; ut, ἀνὰ κακότητα, δίχα πόνου, absque labore: ἀκλὸς ὠδίνων, sine doloribus: πάντα ἔχει πλὴν χρημάτων, omnia habet exceptâ pecuniâ: παρεκλὸς μοιχείας, excepto adulterio. 6. *Celandi*; ut, κρύβδα τοῦ ἄλλων clam aliis: λάθρα διδασκάλου, clam præceptore: ἰδίᾳ τοῦ ἄλλων, separatim ab aliis: χωρὶς τοῦ εἰρημένων, præter ea quæ dicta sunt. 7. *Ordinis*; ut, ἐφεξῆς τοῦ ἑνὸς, deinceps post unum. 8: *Causæ*; ut, πάντες κέρδους ἕνεκεν ἀδικοῦσι, omnes lucri causâ injustè agunt: τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, boni causâ: τῆς ἀληθείας χάριν, veritatis gratiâ. *Interdum reticetur*; ut, μακάριος τῆς τύχης, *sc.* ἕνεκα, *id est*, ὁ beate ob istam fortunam. 9. *Similitudinis & Comparationis*; πλαμὺς δίκην, instar fluvii: ἄριστα πάντων, omnium optimè: μάλιστα πάντων omnium maximè: πλέον τοῦ δέοντος, magis quàm oportet. 10. *Indignationis*; ut, φεῦ τοῦ ἀνδρὸς, heu virum!

Adverbia congregandi Dativum regunt; ut,

ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, simul cum die: ἅμα τοῖς ἄλλοις, simul cum aliis: ὁμοῦ τοῖς συμμάχοις, unà cum sociis.

Adverbia jurandi Accusativum habent;

Οὐ μὰ τὸν Δία, non per Jovem; *Xenoph.* ναὶ Δία, ità, per Jovem.

Ὦ oxytonum, admirantis vel dolenti gaudet Nominativo, Genitivo, Accusativo, & Vocativo.

ut, ὦ λέγων, ὦ φρένες, ô sermo! ô mens! Julian. ὦ ἀναισχυντίας, ô impudentiam! ὦ ἐμὲ δειλὴν, ô me miseram! Callimach.

Ὦ circumflexum, votantis vel exclamantis cum vocativo construitur.

ut, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, ô Jupiter & Dii! Aristoph. ὦ ἄνθρωπε, ô homo!

Duæ negationes apud Græcos plerunque vehementiùs negant.

ut, Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν: Sine me non potestis quicquam facere. Joan. 15. 5. Σοφοῦ δ' ἀπιστία οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρησιμώτερον: Sapientę diffidentiâ nihil utilius est. Eurip.

Optandi particulæ εἴθε & αἴθε de re præterita ferè indicativum adsciscunt de re præsenti aut futurâ, Optativum.

ut, εἴθε ἔγραψα, utinam scripsissem.
Τὸ ξίφος ἀμφίζωσαι, μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν
Εἴθε δὲ μὴ χρήζοις μήτ' ἔννομα, μήτ' ἀδίκως γε.
Gladium accinge, non ad cædem, sed ad te defendendum
Utinam vel ô nec justè tibi utendum eo sit, multò minùs injustè. Phocyll.

Sæ

Sæpe Optandi particulæ αἴθε, εἴθε *&* ὡς *præponuntur imperfectio* ὄφελον *ſeu* ὄφλον, *& Aoriſto ſecundo* ὄφελον *ſive* ὄφελον, *ſequente infinitivo.*

ut, Αἴθ' ὄφελες ἢ ἄγονος ἢ ἐϋμμελίης ἢ ἄπολέσθαι. *Utinam aut natus non eſſes, aut cœlebs periiſſes.* Sunt verba Hectoris Paridem objurgantis, quòd Menelaüm fugeret. Iliad 3. Ἦλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὄφελες ἀπόλεσθαι. *Rediiſti ex pugna, utinam ibi periiſſes.* Sunt verba Helenæ ad Paridem. Iliad 3.

Particula ὄφελον *haud rarò pro adverbio* utinam *ponitur.*

ut, ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς: *utinam & abſcindantur, qui vos turbant.* Gal. 5. 12.

Ἕως, pro quamdiu, gaudet omnibus modis, præterquam imperativo.

ut, ἕως ὅτι καιρὸς, ἀνθιληπτέον τῶν πραγμάτων: *Dum adeſt occaſio, rerum cura ſuſcipienda eſt.* Demoſth. ἕως ἔζη, *dum vivebat*; ἕως ἀφίκοιτο, *donec perveneret.* Ariſtoph. ἁμαρτία, ἕως μὲν ἐργάδῃ, παρέχει τινὰ ἡδονὴν: ὅταν δὲ τελεσθῇ, τότε ἡ μὲν ἡδονὴ ἀπέζεσται, ἐπεισέρχεται δὲ ἀθυμία. *Peccatum, dum adhuc eſt in opere, nonnihil voluptatis affert: cùm autem impletum fuerit, modica voluptas illa diſcedit, & in locum ejus ſubit triſtitia.* Chryſoſt. ἕως ἐλθεῖν, *donec veneris.*

Adverbia

Adverbia qualitatis eleganter ſubjiciuntur verbis ἔχω, διάκειμαι, *& ſimilibus, & exponuntur per nomina, & ipſa verba per ſubſtantivum* εἰμί.

ut, κακῶς ἔχω, vel διάκειμαι, malè affectus ſum : μαλακῶς ἔχω infirmus ſum : ἀφειδῶς ἔχει χρημάτων prodigus pecuniæ : οὐκ ἐν ἀγορᾷ ὢν ἀπειρος ἔχω non eſt imperitus rerum forenſium : πειράσομαι λέγων ἃ ἔχω γνώμης, Conabor ſententiam meam explicare. Dionyſ. Hal. παχύτερον ἔχει τῆς ἀκοῆς, craſſo auditu præditus eſt : κακῶς ἔχω τὸ σῶμα, malè valeo.

Ὅταν *Subjunctivo*, ὁπόταν *Optativo* gaudet.

ut, καιρὸς ἀθυμίας, οὐχ ὅταν πάσχωμεν κακῶς, ἀλλ' ὅταν δρῶμεν κακῶς : mœrendi tempus eſt, non cùm injuriam patimur, ſed cùm injuriam facimus. Chryſoſtom. τί γὰρ ἂν ἔχοι τις παθεῖν, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζωνται ; quid enim faciat quis, quando dii cogunt ? Lucian.

¶ D

¶ De Conjunctionum Syntaxi.

Subjunctivo junguntur, ἐὰν, ἐπειδὰν, ἵνα, ὅφρα, κᾶν, ἄν: ὅπως *pro* πῶς *Indicativo.*

ut, ἐὰν θέλῃς, si velis: ἐπειδὰν ἴδωσι, cùm vidiſ-ent: ἵνα χὴ δυγατρὶ μὴ προσμειδιάσῃς, ἵνα μὴ ὕ-στερον δακρύσῃς: liberis tuis nè arrideas, nè in poſte-rum fleas. *Solon apud Laërt.* Ἐργάζου, Πέρση, δῖον γένος, ὄφρά σε λιμὸς ἐχθαίρῃ: labora, Perſe, di-vina proles, ut fames odio te habeat. *Heſiod.* ὅπως ἐλεύσῃ, ἥξεις: venis, ut audias. *Xenoph.* οἱ πονηροὶ οὐδ' ἀνθρώπων, κᾶν χρηστότητά τινα ἐπαγγέλλονται, διὰ τὸν τρόπον ἀπιστοῦνται: Pravi homines, eti-amſi bonitatem quandam pollicentur, tamen pro-pter mores fides ipſis non habetur. *Syneſius.* Ἂν τι πράξῃς καλὸν μὲν πόνε, ὁ μὲν πόνος οἰχήσεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μὲν ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἰχήσεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει: Siquid hone-ſti feceris cum labore, ipſe quidem labor abit, ho-neſtum verò manet: ſiquid turpe commiſeris cum voluptate, ipſa quidem voluptas abit, ſed turpe manet. *Agell lib.* 16. *cap.* 1. ὅπως ἕκαστον ἔχει, σα-φηνίζει: quo pacto ſingula ſe habent, exponit. *Xenoph. Hæ autem Conjunctiones alios modos poſtu-lant.*

Οτι

Ὅτι quòd, *gaudet Indicativo, & aliquan*
Optativo & Subjunctivo : ſic διό
καθότι.

Ut, μακάριοι οἱ πτωχοὶ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βα
σιλεία τῶν οὐρανῶν · Beati ſunt pauperes ſpiritu, quo
niam illorum eſt regnum cœlorum, *Matth.*5. 3. μ
μάλλον, ῥᾴδιον καταμαθεῖν : quòd poſſit, facilè intel
ligi poteſt. *Iſoc.*

Ὅτι nonnunquam ſuperlativis additur, intende
di cauſsâ, ut, ὅτι βέλτιστα, *quàm optimè* : ὅτι τάχιστ
quàm celerrimè : ὅτι πλεῖστον, *quàm plurimum* : ὅτι μά
λιστα, *quàm optimè.*

Ὅτι ſæpe vacat, & explanativè ponitur, & po
nempe redditur ; ut Joan.1.20. καὶ ὡμολόγησεν ὅτι ο
οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός : *& confeſſus eſt*, nempe, *non ſum e*
Chriſtus. Sic Joan.4.17.

Ὅτι μὴ paſſim pro εἰ μὴ, *niſi*, accipitur ; ut Ariſtid
ἐν ἐπιστολαῖς ταῖς ἑλληνικαῖς, οὐδὲν ἦν, ὅτι μὴ Ἀθῆνα
in epiſtolis Græcis nihil erat, niſi Athenæ.

Ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ *plerunque cu*
Indicativo conſtruuntur.

ut, ἐπεὶ καὶκεῖνό μοι πρόδηλον ἦν : *nam illud ſciebat*
Iſoc. ad Nic.

Ὡς & ὥστε *Subjunctivis & Infinitivi*
inſerviunt.

Ut, ἐργάζου μόχθων ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς : *labora, u*
ex propriis bonis vivas. ὡς εἰπεῖν, *ut ita dicam.* ὥστε ἐκ
πλήττεσθαι αὐτοῦ, *ut percelleremur ipſi* Mat.13.52.

Nonnunquam ὡς pro ὅτι ponitur ; ut, λέγεις, ὡ
ἀληθῆ εἶμι : *dicis, quòd ſo miſſus ſum.*

Particul

Particula εἰ *præcipuè Indicativo, aliquando aliis modis annectitur; & vim habet conditionalem, dubitativam ſive interrogativam, & in jurando negativam.*

Ut, εἴ τις μὴ τρέφει γονεῖς, ἄτιμος ἔστω: *ſiquis parentes ſuos non alit, infamis eſto.* Solon apud Laërt. εἰ θεάσαιο, ἡδήσῃ: *ſi ſpectaveris, delectaberis.* Διονύσιος πρὸς τὸν συνθόμενον, εἰ σχολάζοι, μηδ' ἀποκρίνεσθαι, εἶπεν, ἐμοὶ τοῦτο συμβαίη: *Dionyſius ad interrogantem an otioſus eſſet, dixit, Nunquam hoc mihi eveniat.* Sic *Si* apud Lat. dubitativè ſumitur; ut, *Viſam ſi domi ſit,* Ter. pro *an domi ſit.* ὄμοσα τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς κατάπαυσίν μου: *Juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam,* i.e. *non introibunt,* Pſal 94. Ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον. *Amen, dico vobis, ſi dabitur generationi huic ſignum,* i.e. *non dabitur.*

Ἂν *poſitum* δυνητικῶς [i.e. *ità, ut potentiam & facultatem ſignificet*] *omnibus modis inſervit, niſi Imperativo:* ἀορισολογικῶς [i.e. *indefinitè & indeterminatè*] *Subjunctivo, & aliquando Optativo.*

Ut, εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν, ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀδικεῖν. *Si alterum neceſſe eſſet, facere aut pati injuriam, mallem pati quàm facere.* ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σου, *ex te audire pervelim.* Lucian.

Ἂν *ſæpiſſimè* παραπληρωματικῶς, i. e. *expletivè, ponitur; & aliquando deeſt.*

N.B. De conjunctionibus plura dicere non libet, cùm earum cognitio, non tam regulis, quàm uſu & lectione egeat, vixque fieri poſſit ut juventus minutias iſtas Grammaticas memoriæ mandet.

¶ De

¶ De Præpositionum Syntaxi.

I. *Præpositiones Monosyllabæ*

ſunt ſex: εἰς, ἐν, ἐξ, πρὸ, σὺν,

Εἰς [Atticè ἐς] *ſoli Accuſativo jungitur.*

Εἰς SIgnificat 1. *motum ad locum vel rem*; ut, εἰς ἀγορὰν in forum: εἰς οὐρανὸν, in cœlum 2. *Motum ad perſonam*; ut, εἰς τὸν Σύλλαν ἔπεμψε, miſit Syllam. 3. *Finem vel uſum*; ut, εἰς πόλεμον παρασκευὴν χρήματα, in *vel* ad bellum ſuppeditare pecuniam, *Iſoc.* εἰς τοῦτο γὰρ κοπιῶμεν, in hoc & laboramus, 1 *Tim.* 4. 10. 4. *Laudem vel vituperium*; ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα, Hymnus in laudem Apollinis εἰς ἀσώτους, in prodigos. 5. *In*, id eſt, *pro*; ut, δύναμιν, ἐς τὸ δυνατὸν, pro viribus. 6. *In*, id eſt, *erga*; ut, ἡ τῶν δήμων εἰς αὐτοὺς εὔνοια, popi erga eos benevolentia. 7. *In*, i.e. *contra, adverſus*; ut, τὰ εἰς ἡμᾶς ἁμαρτανόμενα, peccata, quæ adv sùm nos committuntur. 8. *Apud*; ut, εἰς ἅπαν γνώριμον, apud omnes notum. 9. *Ob, propter*; εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται, ob juſtitiam laudan 10. *Tempus*; ut, εἰς τρίτην ἡμέραν διαγωνιζώμε μελλον, tertio die poſt decertaturi erant. 11. τα; ut, εἰς ἕλην ἡμέραν παρεσκευάσθη, intra ſexa diem peragetur. *Æſch.* 12. *Uſque ad*; ut, πρὸς ἑσπέρας ἔωθεν εἰς ἑσπέραν, hoc fit à mane uſq ad veſperam. 13. *Ad*, id eſt, *circiter*; ut, εἰς ἐννήκοντα τελῶν ἔτη, natus annos ad nonaginta. cian. Sic *Ter.* ad quindecim talenta. 14. *In*, i inter; ut, Τόξαεις ὁ Σκύθης Ἀθλοῦσι εἰς τὸν ὑπα κελεύ

καλελέγη. Toxaris Scytha inter heroas relatus eſt. 15. *Per*, *in numerando*; ut, ἐς τέτταρας ἔρχεται ὁ λόχος, per quaternos. *Xenoph.* 16. *Materiam de qua*; ut, εἰς αὐλὸ τὸ πρῆγμα λέγειν, dicere de ipſa re propoſitâ *Æſch.* 17. *Commutationem*; ut, ἐς λέοντα ἀλλάττεσθαι, in leonem mutari. *Lucian.* 18. Ἐν, ſeu *in loco eſſe*; ut, τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσι, mei pueruli mecum ſunt in cubili; *pro* ἐν κοίτῃ. *Luc.* 11.7. Sic *Act.* 2. 27. *Mat.* 2. 23. εἰς πόλιν, *pro* ἐν πόλει. *Mat.* 5.34. εἰς εἰρωῦν, *pro* ἐν εἰρωνῇ. 19. *Per*, *in jurando*; ut, μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα ὀμόσῃς, neque per Hieroſolyma jurabis. 20. Ἀντὶ *pro*; ut, ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι. 1 *Cor.* 4.3. *pro*, ἀντὶ ἐλαχίστου, mihi verò pro minimo eſt. 21. *Per Hebraïſmum* εἰς *cum accuſativo pro nominativo ponitur*; ut, *Mat.* 19.5. ἔσονται εἰς σάρκα μίαν, *i.e.* σὰρξ μία, erunt caro una. *Hebr.* 8. 10. καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς θεὸν, *pro* ἔσομαι αὐτοῖς θεὸς, ero illis Deus. 1 *Joan.* 5.8. καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, *pro* ἓν εἰσι, hi tres unum ſunt. 22. Εἰς *cum nomine ſæpe per adverbium exponitur*; ut, ἐπλούτει εἰς ὑπερβολὴν, erat ditiſſimus; εἰς δέον, opportunè; εἰς ἑσπέραν, veſperi. 23. *Interdum vacat*; ut, εἰς ἔπειτα, *vel* εἰσέπειτα *pro* ἔπειτα deinde; εἰς αὔριον *pro* αὔριον cras; εἰς τὰ μάλιστα, *pro* μάλιστα maximè.

Compoſita ſignificat *in*; ut, εἰσάλλομαι *inſilio*: ad; *ut*, εἰσπλέω adnavigo: *intra* vel *intrò*; ut, εἰσαγωγὴ introductio: *auget*; ut, ἀκούω audio, εἰσακούω exaudio.

Ἐν

Ἐν [poëticè ἐνὶ, vel εἰν] cum Dativo ſ conſtruitur.

Ἐν Significat 1. *in*, nimirum, in loco, vel re: ut, ἀγορᾷ, *in foro*: κέρδει ἐν κακοῖς ἀγνωσία, *ignoran in malis lucrum eſt.* 2. *Inter*; ut, ἐν ἀγαθοῖς, *in bonos.* Sic Cic. *Hoc ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe poſſe.* Luc.16 15. 3. *Apud*; ut, ἐν ἑαυτῷ ἦ), *ap ſe eſſe.* 4. *Tempus*; ut, τοιαῦτα ἐν παισὶν ἐμελέτ σαν, *ejuſmodi ſtudiis in puerili ætate dediti fuerunt.* L cian. 5. *Ad*; ut, Rom.8.34. ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, *dextram Dei.* 6. *Poteſtatem*; ut, ἐν ἐμοί ἐστιν, *in m poteſtate eſt.* 7. *Cum*; ut, Eph.6.2. ἥτις ἐστὶν ἐντ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ: *quod eſt præceptum primum cu promiſſione.* 8 *Studium*, ſeu *occupationem*; ut, ὁ δὲ Κῦρος ἐν τούτοις ἦν, *Cyrus quidem in his verſabat* Xenoph. 9. *Propter*; ut, Mat.6.7. ἐν τῇ πολυλ γίᾳ, *propter multiloquium.* 10. *Contra*; ut, θεσπ ἐν ἐμοὶ, *audax adversùs me.* Sic Luc.2.23. 11. *Po* tur pro εἰς, & ſignificat motum ad locum; ut, Καπτεσ ἐν Λήμνῳ, pro εἰς Λῆμνον: *decidi in Lemnum.* Iliad. Luc.7.17. ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ, pro εἰς Ἰουδαίαν. 1 *Significat per in jurando*; ut, Mat.7.34, 35. μήτε ἐν τ ὐρανῷ, &c. *neque per cœlum.* 13. *Servit periphraſi ver borum*; ut, Θετταλοὶ οὐκ ἐν καιρῷ ἦ) ἐνόμισαν, pro καιρὸν ἦ): *Theſſali non commodum eſſe rati ſunt.* Sic τῇ αἰτίᾳ ἦ), *accuſari*: ἐν τῇ ὀργῇ ἦ), *inviſum eſſe* ἐν ἡδονῇ ἦ), *gratum eſſe*: ἐν δέοντι, *opportunè*: ἐν μέρ *viciſſim*: ἐν κύκλῳ, *circulariter*: ἐν τάχει, *celeriter*: ἐ σπουδῇ, *ſeriò*: ἐν παρόδῳ, *in tranſitu*: ἐν βραχεῖ, *brev ter.* 14. *Interdum redundat, ſeu vacat*; ut, ἐν βέλ πληγεὶς, *jaculo percuſſus.* Eurip. Sic Luc.11.20. 22.49. 15. *Per ellipſin cum Genitivo conſtruitur*; u ἐν ᾍδου, *ſubaudi*, οἴκῳ, *in domo Plutonis.*

Compoſ

Compoſita ſignificat, 1. *In*; ut, ἐμβάλλω injicio: 2. *Augmentum*; ut, ἐμβοάω, clamorem attollo: 3. *Defectum*; ut ἐλλείπω, deficio.

Ἐξ [ſequente vocali, & ἐκ ſequ. conſonante] *ſoli Genitivo jungitur.* Ἐξ.

Significat, 1. *Plerunque motum à perſona vel re*; ut, ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα, à Jove ordiamur: ἐξ ἀπραξίας πράγματα, ex otio negotium. 2. *Cauſam*, ſeu ὑπὸ *vel* παρὰ; ut, ἐκ θεοῦ ἡ νίκη, à Deo victoria, *i. e.* παρὰ θεοῦ: ἐκ Μουσῶν ἀγαθὸν κλέος ἀνθρώποισι, ex Muſis illuſtris fama venit hominibus: ἐκ λίθου, ex lapide. 3. *Teſtimonium ſeu ſignum*; ut, ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται, viri ſermo mores animi palàm facit. 4. *Tempus*; ut, ἐκ νεότητος, à juventute. 5. *Poſt*; ut, ἐξ ἀείσου, à prandio: ἐκ τούτου, ſcil. χρόνου, deinceps. 6. *De*; ut, ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων λύω, de meis pecuniis ſolvo. 7. *Per*; ut, ἐκ τῆς οὐρᾶς λαμβάνεσθαι, per caudam prehendere. 8. Κατὰ *juxta*; ut, ἐκ τῶν νόμων, *i. e.* κατὰ τοὺς νόμους, juxta leges. 9. *Servit partitionibus*; ut, ἐξ ἁπασῶν κάλλιστη, inter omnes pulcherrima. 10. Περιφερειακῶς *cum nominibus ponitur*; ut, οἱ ἐκ Στοᾶς, *i. e.* Στωϊκοὶ, Stoïci: οἱ ἐκ τοῦ Περιπάτου, Peripatetici. 11. *Exponitur per adverbium*; ut, ἐκ θεοῦ, *vel* θεῶν, divinitus: ἐκ περιαιρέσεως, ἐκ προνοίας, conſultò: ἐκ δευτέρου, iterum: ἐκ ῥιζῶν, radicitus: ἐξ ἴσου, ex æquo: ἐκ τότε, ex tunc, *vel* ex eo tempore. 12. *Interdum apud poëtas redundat*; ut, ἐξ οὐρανόθεν, *pro* οὐρανόθεν, cœlitus.

Compoſita 1. *auget*; ut, ἐκπίνω, ebibo: 2. *Sæpe* ſignificat ἔξω *extra*; ut, ἐκδικος injuſtus, ὁ ἔξω τοῦ δικαίου.

Πρό. Πρὸ *Genitivum tantùm poſtulat.*

Significat 1. *ante*: ut, ἀμήχανον τὰ μεγάλα πρ
ἢ μικρῶν παιδεύθηναι, fieri non poteſt, ut magn
diſcantur ante parva, *Philo.* Πρὸ θυρῶν, pro foribu
vel ante fores. 2. *Præ*, i. e. *ſupra*: ut, Πρὸ δέλα
δεσπότης, Dominus præ ſervo, *i.e* præſtantior ſerv
3. *Pro*: ut, πρὸ παίδων καὶ γυναικῶν μάχεσθαι, p
liberis & uxoribus pugnare, *Sic Lat. Oratio pro Mi
lone*: i.e. *in defenſionem Milonis ſcripta.* 4. *Præſentia*
ſeu *coram*: ut, πρὸ ὀφθαλμῶν, ante oculos, in co
ſpectu. 5. *Magis in comparatione*: ut, θαυμάζω χ
τὸν νοῦν πρὸ τοῦ σώματος, pluris æſtimanda eſt men
quàm corpus. 6. *Periphraſi ſervit*: ut, οἱ πρὸ ἡμῶν
ſc. γεγονότες, majores noſtri.

Compoſita ferè ſervat ſuam ſignificationem & caſum
ut, πολλοῖς ἡ γλῶσσα πρόσκειται τῆς διανοίας, multi
lingua mentem præcurrit, *Iſoc.* προβάλλω præpon
πρόσχω excello, προδίδωμι prodo, πρόθυρον veſti
bulum, ſeu, quod eſt ante januam, πρόαστιον ſub
urbium, quod eſt ante urbem.

Πρ

Πρὸς *conſtruitur cum Genitivo, Dativo, & Accuſativo.* Πρός.

I. *Cum* GENITIVO ſignificat 1. *à* vel *de*: ut, Διὸς ξεῖνοί τε πτωχοί τε, à Jove ſunt omnes peregrini & mendici, *Hom.* χρηστὸν πρὸς ἀνδρὸς μηδὲν ὑπονόει κακὸν, de bono viro nihil ſuſpiceris mali, *Epict.* 2. *Officium*: ut, οὐ πρὸς φιλοσόφου ψεύδεσθαι, non eſt philoſophi mentiri. 3. *Originem*: ut, Ἐλεύθερον εἶναι, καὶ πρὸς πατρὸς, καὶ πρὸς μητρὸς; liberum eſſe, & ingenuum, à patre & matre: *i.e.* genere, materno & paterno. 4. *Pro*: ut, πρὸς ἡμῶν ἔσεσθαι, à nobis fore, *id eſt*, pro nobis. 5. ἔμπροσθεν, *Coram*: ut, πρὸς θεῶν ἀσεβὴς, πρὸς ἀνθρώπων αἰσχρός, Coram Diis impius, coram hominibus turpis, *Xenoph.* 6. *De*: ut, ἔπεσε φλὸξ πρὸς οὐρανοῦ, cecidit flamma de cœlo. 7. *Per, in jurando*: ut, πρὸς χαρίτων, per gratias. 8. *Periphraſi ſervit*: ut, οἱ πρὸς αἵματος, conſanguinei.

II. Cum DATIVO ſignificat 1. *Ad*, id eſt, *prope, apud*: ut, πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου, ſub finem vitæ: πρὸς τῇ θύρᾳ, ad oſtium, *Jo.* 18. 16. 2. *Ad.* id eſt, *Præter, Ultra*: *notando numerum, aut acceſſionem*: ut, πρὸς τούτοις, ad hæc, præter hæc, inſuper, præterea: πρὸς τοῖς εἰρημένοις, præter ea quæ dicta ſunt. 3. *In*: ut, πρὸς ταῖς ἀγκάλαις τὰ παιδία κομίζειν, In ulnis geſtare pueros. 4. *Studium & operam in aliqua re*: ut, πρὸς τύπῳ εἰμὶ, huic rei deditus ſum, vel occupatus in hac re. 5. *Servit periphraſi*: ut, οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, pocillatores.

III. Cum ACCUSATIVO significat 1. *Ad*; ut, πρὸς γυμνάσιον, ad ſcholam; *cujus loco nonnunquam ponitur* ὡς; ut, ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον, ſic ſemper Deus ſimilem ad ſimilem ducit. 2. *Uſque ad*; ut, ἃ δ' ἂν μάθοι τις νέος, ταῦτα σάσθαι φιλεῖ πρὸς γῆρας· ὅτω παῖδας εὖ παιδεύσεται. *Eurip.* Quæ diſcit quiſpiam ab ineunte ætate, ea retinere ſolet uſque ad ſenectutem: itaque liberos bene inſtituite. 3. *In*, εἰς; ut, ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον τὰ πράγματα ὀκλάζει, res indies in pejus ruunt. 4. *In*, ἐν; ut, ἡ πρὸς τοὺ πόνους μελέτη, ſtudium & exercitatio in laboribus tolerandis. 5. *Apud*; ut, πρὸς ἡμᾶς, apud nos, *Mat.* 13. 56. Sic *Mar.* 14. 49. *Luc.* 9. 41. *Joan.* 1. 1. πρὸς τὸν θεὸν, apud Deum. Sic *Latini*; is ſcripſit, ut eſſet *ad* urbem, *i. e.* apud, *Cic. Æn.* 1.

Prima quod *ad* Trojam pro charis geſſerat Argis.

6. *Contra*; ut, πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, nè contra ſtimulum calcitres, *Eurip.* Sic *Act.* 9. 5. Sic *Virg. Æn.* 2.

—Clypeóſque *ad* tela finiſtris
Protecti objiciunt—

i. e. contra. 7. *Erga*; ut, ἡ πρὸς τοὺ ξένους φιλανθρωπία, humanitas erga peregrinos, *Lucian.* ἤπιος πρὸς πάντας, placidus erga omnes, 2 *Tim.* 2. 24. 8. *Inter*; ut, τεκμήριον τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, pignus amicitiæ quæ eſt inter nos. 9. *Cum*; ut, πρὸς βασιλέα γενόμενοι σωθῆναι, cum rege percuſſa fœdera. 10. *Pro*, & notat *convenientiam*; ut, πρὸς ἀξίωμα, pro dignitate: πρὸς ἀρετὴν τὰς τιμὰς νέμει, pro cujuſque virtute honores tribuit. *Gal.* 2. 14. 2 *Cor.* 5. 10. 11. *Sub*, *circa*, *circiter*; ut, πρὸς ἑσπέραν ἦν. *Luc.* 24. 29. circa veſperam eſt, *hoc eſt*, adveſperaſcit. 12. Πεὶ *de*; ut, *Heb.* 1. 7. πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει, *pro* περὶ μὲν ἀγγέλων, de angelis quidem dicit. 13. *Ex*; ut, *Eph.* 3. 4 πρὸς ὃ, &c. —ex quo. 14. *Poteſtatem*; ut, πρὸς ἡμᾶς ἐστιν, in noſtra poteſtate eſt. 15. *Comparationem*; ut, μικρὸς πάνυ ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν

πάντα

πᾶσα αἰῶνα, *Lucian.* breve omnino eſt vitæ tempus, ſi cum æternitate conferas. 16. *Interdum per adverbium exprimitur*; ut, πρὸς ἀξίαν, *id eſt*, ἀξίως, dignè: πρὸς ἀκρίβειαν, *i.e.* ἀκριβῶς, accuratè, exactè: πρὸς ὀλίγον, paululum. 17. *Servit periphraſi*; ut, τὰ πρὸς θεὸν, res divinæ: τὰ πρός τι, *ſc.* χρείαν ἔχοντα, ad aliquid reſpectum habentia, ſeu relata.

Compoſita 1. ferè *ad* ſignificat & additionem; ut, προσκαλῶ advoco, προσέρχομαι accedo. 2. *Studium & affectionem animi*; ut προσδιατρίβειν τῷ λόγῳ, immorari in oratione. 3. *Augmentum*; ut, προσερεθίζω, vehementer laceſſo. 4. *Diminutionem*; ut, προσψαύω, leviter attingo. 5. *Vicinitatem vel conjunctionem*; ut, προσομιλέω, converſor. 6. *Aliam inducit ſignificationem*; ut, τάσσω ordino, προστάσσω, impero, præcipio.

Σὺν [Atticè ξὺν] *ſemper cum Dativo.* Σύν.

Significat 1. *Cum, unà cum, ſimul cum*; ut, σὺν φίλῳ, cum amico, *Matth.* 27. 38. 2. *Apud*; ut, ἔμεινε σὺν αὐτῇ, *Luc.* 1. 56. manſit apud eam. 3. *Auxilium*; ut, σὺν θεῷ, Deo juvante. 4. *Comitatum*; ut, οἱ σὺν Ἀντωνίῳ, Antoniani. 5. *Ponitur cum ſuo caſu pro adverbio*; ut, σὺν νόμῳ, legitimè, ſecundùm leges: σὺν δίκῃ, *i.e.* δικαίως, juſtè.

Compoſita conjungit; ut, συμβάλλω, conjicio: σύνδουλος, conſervus.

II. *Præpositiones Dissyllabæ* sunt *duodecim* : Ἀμφὶ, ἀνὰ, ἀντὶ, ἀπὸ, διὰ, ἐπὶ, μετὰ, κατὰ, παρὰ, περὶ, ὑπὲρ, ὑπὸ.

Ἀμφὶ. Ἀμφὶ *cum Genitivo, Dativo, & Accusativo construitur.*

I. Cum GENITIVO significat 1. *De*: ut, Ἀμφὶ ἀστέρων, de astris. 2. *Propter*: ut, τῆς δ' ἀμφὶ δύλῳ ἐμόγησε βαρεῖαν, propter hanc gravia passus est infortunia, *Apollon. Argon.* 3. Πρὸς, *Per, in obtestando*: ut, Φοίβου ἀμφὶ λίσσομαι, oro & obtestor per Phœbum, *Argon.* 4. *Circa*: ut, ἀμφὶ ταύτης τῆς πόλεως οἰκέουσι, circum hanc civitatem habitant. *Herod.*

II. Cum DATIVO poëticè significat 1. *Pro*: ut, ἀμφὶ Ὀδυσσῆϊ, pro Ulysse. 2. *Circa vel Circum*: ut, ἀμφ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος, humeris accinxit gladium, *Iliad. β.* ἀμφ' ἀρετῇ τείσου, circa virtutem exerceas te, *Theogn.* 3. *propter*: ut, ἀμφὶ γυναικὶ, propter mulierem, *Iliad.* 13. 4. Κατὰ, *Contra*: ut, ἀμφ' Ὀδυσεῖ, contra Ulyssem, *Sophoc.*

III. Cum ACCUSATIVO significat 1. *Circa*: ut, ἀμφὶ τὴν πόλιν, circa civitatem. 2. *Circiter*: ut, ἐγεγόνει ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη, annos natus erat circiter quinquaginta. 3. *Cum Articulo servit periphrasi*: ut, τὰ ἀμφὶ ἄριστον, quæ ad prandium pertinent, οἱ ἀμφὶ Κύρον, Cyrus cum suis.

Composita significat 1. *Circum*: ut, ἀμφιβάλλω, circumjicio. ἀμφίπολος, famulus, vel famula 2. *Utrinque*.

trinque: ut, ἀμφίσταμαι, anceps; ἀμφίβολος, ambiguus. 3. *Augmentum*: ut, ἀμφήλιξ, adultus. 4. *Diminutionem*: ut, ἀμφίλυκος, ſubluſtris.

Ἀνὰ cum Accuſativo; ſed Poëticè cum Dativo. Ἀνά.

I. Cum ACCUSATIVO ſignificat 1. *Motum per locum, aut rem*: ut, ἀνὰ Ἑλλάδα per Græciam, ἀνὰ στρατὸν per exercitum, *Iliad.* α' 2. *Tempus*: ut, ἀνὰ ὅλον χρόνον, per omne tempus. 3. *In*: ut, τέτταρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, quatuor ſunt ludorum genera in Græcia, *Mat.* 13. 25. ἀνὰ μέσον τῦ σίτου, in medio tritici. 4. *contra*: ut, ἀνὰ τὸν ποταμὸν πλεῖν, contra flumen navigare. 4. *Diſtributionem, & plerunque exponitur, ſinguli*: ut, *Mat.* 9. 10 ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον, acceperunt ſinguli denarium *Jo.* 2. 2.

II. Cum DATIVO poëticè, 1. *pro σὺν* ponitur. ut, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, cum aureo ſceptro. 2. *In vel ſuper*: ut, ἀνὰ βωμοῖς, ſuper aris.

Compoſita ſignificat 1. *Re, retro*: ut ἀναστρέχω, recurro. 2 *Re, vel rurſum*; ut, ἀναδέχομαι, viſum recipio. 3. *Auget ſignificationem*: ut, ἀνακράζω, ἀναβοάω, exclamo. 4. *Remittit ſignificationem*: ut, ἀνίημι, relaxo. 5. *Contrarium*: ut, καλύπτω tego, ἀνακαλύπτω detego. 6. *Ponitur pro σὺν*: ut, ἀναμίγνυμι, commiſceo 7. *Alias inducit ſignificationes*: ut, κρίνω judico, ἀνακρίνω inquiro. 8. *Sequente* β *vel* π, *mutatur in* αμ· ut, ἀμβάλλω pro ἀναβάλλω.

Ἀντὶ. Ἀντὶ cum ſolo Genitivo.

Significat 1 *Remunerationem*; ut, οἱ ἀγαθοὶ ἀν μικρῶν οἴδασι χάειν, boni pro parvis etiam ſu grati. 2. *Permutationem*; ut ὀφθαλμὸς ἀντὶ ὀφθαλμ oculus pro oculo, *Matth.* 5. 38. *Hebr.* 12. 16. 3. *V cem*; ut, ἀντὶ πολλῶν ἕτ) vel γίνεσθαι. 4. *Propter*; u ἀντὶ τούτε, hujus rei gratiâ, *Eph.* 5. 31. 5. Τπ pro; ut, ἀντὶ πολλῶν, pro multis, *Matth.* 20. 28. χάειν ἀντὶ χάεί Θ, *Joan.* 1. 16.

Compoſita ſignificat 1. *Contra*; ut, ἀντιχεις Θ, q Chriſto eſt contrarius: ἀντιλέγειν, contradicere. *Pro*; ut, ἀνθύπατ Θ, proconſul. 3. *Vicem*; ut, ἀ ἀντιπελαργεῖν, ἀντιδεργεῖν, viciſſim beneficium pra ſtare. 4. *Comparationem vel æqualitatem*; ut, ἀν θεΘ, Deo ſimilis, vel æquiparandus. 5. *Augme tum*; ut, ἀντίπαις, puer adultus.

Ἀπὸ. Ἀπὸ cum ſolo Genitivo.

Significat 1. *motum à perſona, re, vel loco*; ut, ἀπ θεῦ χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειντε καὶ νοεῖν, om nis ſermonis & cogitationis initium debet eſſe Deo. *Plato.* ἡδὺ θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, jucundu eſt mare è terra intueri. Πᾶς γὰρ ἄεργΘ ἀνὴρ (ἀ κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν. Omnis piger de furtivis vi manibus. 2. *Tempus à quo*; ut, ἀπὸ καταβολ κόσμε, à mundo condito: ἀπὸ τότε, ex eo tempore ἀπὸ τῦ νῦν, ab hodierno die: ἀπὸ παῤθενίας, à vi ginitate, *Luc.* 2. 36. 3. *Cauſam efficientem*; ut, πᾶ

ἐξυπ

ἐξουσία ἀπὸ θεοῦ, *Rom.* 13. 1. 4. *Materiam*; u, ἀπὸ θριχῶν καμήλου, è pilis camelinis, *Mat* 3. 4. 5. *Seſtam & officium*; ut, οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ſc. philoſophi Stoïci: οἱ ἀπὸ βήματος, concionatores. Sic *Latini* dicunt, *ab* epiſtolis, *à* libellis. 6. *Modum actionis*; ut, ἀπὸ στόματος λέγειν, ore ſeu verbis referre: ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, memoriter dicere: ἀπὸ ταυτομάτου, ſponte, ultrò: ἀπὸ σπουδῆς, *pro* σπουδαίως, ſtudioſè, diligenter. 7. *De*; ut, ἀπὸ τῶν ἀνηλίσκω, conſumo de tuo. 8. *Ex*; ut, ἀπὸ πολέμου βιοῦσθαι, ex bello vivere: ἀπὸ τοῦ ἴσου, ex æquo. 9. *Poſt*; ut, ἀπὸ δείπνου, à cœna, *i.e.* poſt cœnam. 10. *Præ ſeu propter*; ut, ἀπὸ χαρᾶς, præ gaudio, *Matth.* 13. ἀπὸ τοῦ ὄχλου, propter turbam, *Luc.* 19. 3. 11. *Abſque*; ut, ἡ ἀπ' ἀνδρὸς ὖσα, quæ abſque marito: ὁ ἀπ' ὀμμάτων, qui abſque oculis eſt: οὐκ ἀπὸ γρόσου, οὐκ ἀπὸ πράγματος, non abſque re.

Διὰ *cum Genitivo & Accuſativo.* Διά.

I. Cum GENITIVO ſignificat 1. *Per*; ut, διὰ βίου, per vitam. 2. *Ex*; ut, δι' ἀλφίτου πεπομμένος, ex farina confectus. 3. *Propter*; ut, δι' ἡμᾶς ἀνθρωποτόκος θεὸς γέγονεν, propter nos (vel noſtrî causâ) Deus naturam humanam ſubit. 4. *In*; ut, διὰ στόματος ἔχειν, in ore habere: διὰ μάχης ἰέναι, in prælium ire. 5. *Ponitur in jurando*; ut, διὰ τοῦ πυρὸς ὀμνύειν, jurare per ignem. 6. *Servit æſtimationi*; ut, δι' οὐδενὸς ποιεῖν, nihili facis. 7. *Ponitur cum ſuo caſu pro nomine*; ut, αἱ διὰ τοῦ σώματος ἡδοναὶ, *i.e.* σωματικαὶ, corporis voluptates. 8. *Adverbialiter*; ut, διὰ παντὸς, ſemper: δι' ἀκριβείας λέγειν, *pro* ἀκριβῶς, accuratè: διὰ τάχους, & διὰ ταχέων, celeriter. 9. *Poſt*; ut, δι' ἐτῶν πλειόνων παρεγενόμην,

τόμλω, per annos plures acceſſi. 10. *Facultatem*; ut, δι' ἑαυτῶ, ſuis viribus.

II. Cum ACCUSATIVO ſignificat 1. *Propter*; ut, διὰ τί; quamobrem? *vel* propter quid? φεῦγε τ̀ τέρψιν διὰ τ̀ ὀλίψιν, fuge voluptatem propter comitem ejus afflictionem. 2. *Per*; ut, διὰ τοῦ θεὸς ἐσώθλω, per Deos (*i.e.* Deorum beneficio) ſervatus ſum. *Eph.* 4. 18. διὰ τ̀ πώρωσιν τ̀ καρδίας αὐτῶ per excæcationē cordis ipſorum: διὰ τ̀ νύκλα μέλαιναν, per atram noctem.

Compoſita ſignificat 1. *Per vel trans, quaſi per medium*; ut, τ̀ πόλαμὸν διαβαίνω, fluvium tranſire. 2. *Notat idem quod Di vel Dis*, i.e. *diverſitatem, ſeparationem*; ut, διαφωνέω, diſſono. 3 *Continuationem*; ut. διαμένω, permaneo. 4. *Auget*; ut, διαθάνομαι, perſentiſco.

Ἐπί. Ἐπὶ *cum Genitivo, Dativo, & Accuſativo.*

I. Cum GENITIVO ſignificat 1. *In*, ἐν; ut, Πλάταρχος παρεκάλει τοῖς νέοις τεία ταῦτα ἔχειν: ὅτι μὲν τ̀ γνώμης σωφρονεῖν: ἐπὶ δὲ τ̀ γλώττης σιγᾶν: ὅτι δὲ τ̀ προσώπε αἰδῶ: Plutarchus juvenes hortabatur, ut hæc tria habere curarent: in animo temperantiam; in linguâ ſilentium; in vultu pudorem. 2. *Super*; ut, ἐφ' ἵππε, ſuper equo. 3. *Suprà*; ut, *Eph.* 4 6. ὁ ἐπὶ πάντων, qui eſt ſupra omnes. 4. *Poteſtatem & Adminiſtrationem*; ut, *Act.* 8. 27. ὃς ἦν ὅλε τ̀ γάζης αὐτῆς, qui præerat univerſæ gazæ ejus: ὁ ὅλε τ̀ ἵππων, magiſter equitum. *Demoſth. Mat.* 25. 23. ἐπὶ πολλῶν σε καλαςήσω, ſuper multa te conſtituam. 5. *Motum ad locum, & exp. ad vel in*; ut, ἐπὶ σκοπῦ τοξάζειν, ad ſcopum jaculari. *Lucian.* νῆα δ' ἐπ' ἠπείρε ἕρυσαι, navem in terram trahito. *Heſiod.* 6. *Præſentiam, vel coram, apud*; ut, ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτῦ λέγω, ſemper apud me declamo: ἐπὶ τοσέτων μαρτύρων, coram tot teſtibus. 7. *De*; ut, ἐπὶ πόλεων λέγεται, de urbibus dicitur. 8. *Erga*; ut, πόσην φιλανθρωπίαν ἐπ' ἡμῶν ὁ θεὸς ἐπιδείκνυται, quantam humanitatem Deus erga nos declarat 9. *Tempus*; ut,

ut, ἐπὶ Κρόνου, ſub Saturno, *h.e.* Saturni tempore: ἐφ' ἡμῶν, noſtrâ ætate. 10. *Officium*; ut, οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, ab epiſtolis, *i.e* qui præſunt epiſtolis ſcribendis: οἱ ἐπὶ τῆς ἀποῤῥήτων, à ſecretis. 11. *Propter*; ut, οἱ ἐπὶ ἡδονῆς πάντα ποιοῦντες, qui propter voluptatem, aut voluptatis gratiâ, omnia faciunt. 12. *Per*; ut, ἐφ' ἑαυτῷ, per ſe. 13. *Imitationem vel exemplum*; ut, ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, ad exemplum Mandrabuli vel more Mandrabuli, res ſuccedit. *Prov. i.e.* indiès in deterius labitur. 14. *Servit periphraſi*; ut, ὁ ἐπὶ σωροῦ, *pro* σωρός, cogirabundus. *Lucian.* τὰ ἐπὶ μέρους, particularia. 15. *Ponitur adverbialiter*; ut, ἐπὶ στοιχῶ *pro* στοιχηδὸν, *vel* κατὰ στοιχὸν, ordine.

Cum DATIVO ſignificat 1. *In*; ut, μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, modus in omnibus rebus optimus eſt. 2. *Super*; ut, ἐπὶ χθονὶ, ſuper terram. *Eph.* 2. 20. ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum. *Mat.* 24. 47. 3. *Propter*; ut, ταῦτα ποιεῖν ὀπὶ τῷ κέρδει, hæc facere lucri causâ, *vel* propter lucrum. Sic ἐφ' ᾧ, ob quod, *ſeu* propter quod. 4. *Poteſtatem, & exp. in vel penès*; ut, ἐφ' ὑμῖν ἔξιν, in veſtrâ poteſtate, *ſeu* penès vos eſt. *Luc.* 9. 49 ἐπὶ *Mat.* 9. 38. ἐν τῷ ὀνόματί σου. 5. εἰς; ut, ἐπ' ἀγαθῷ τῷ Κύρου καὶ Περσῶν, in bonum, *ſeu* commodum Cyri & Perſarum. 6. *Ad*; ut, *Eph.* 2. 10. κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, conditi ad opera bona. 7. *Apud*; ut, ἐπὶ ποταμῷ, apud fluvium. 8. *Supra*; ut, τέτταρες ἐπὶ ὀγδοήκοντα, quatuor ſupra octoginta. *Lucian.* 9. *Conditionem ſeu pactum*; ut, ἐπὶ τούτοις δίδωμι τὸ μῆλον, eâ lege, *ſeu* conditione do tibi hoc malum. *Lucian.* Sic ἐπὶ μισθῷ, ἐπὶ δόξῃ *ſeu* δωρεαῖς. 10. *Poſt, notando ordinem*; ut, τίς πρῶτος, τίς δὲ δεύτερος; quis primus, aut quis poſt primum? ſic ἐπὶ τούτῳ *vel* ἐπὶ τούτοις, *i.e* μετὰ ταῦτα, poſt hæc. 11. *Tempus*; ut, ἐπὶ δείπνῳ, in cœnâ *Xenoph.* αἰεὶ ἐπ' ἤματι, *pro* καθ' ἡμέραν, ſingulis diebus, quotidiè.

12. *Contra*;

12. *Contra*; ut, ὅπλα τῷ δήμῳ, contra populum: πολλὰ οἱ μαργωτοὶ ὅπλα τοῖς νέοις μηχανῶνται, multa in adoleſcentes machinantur lenæ, *Lucian.* 13. *De*; ut, ἐφ' οἷς μὴ φρονῶ, σιγᾶν φιλῶ: de his, quæ non intelligo, tacere ſoleo. 14. *Sub, ſeu ſubjectionem*; ut, δ' ὠασσίας ἔχοντες, & οἱ ἐπ' αὐτοῖς ὄντες, principes & qui ipſorum ſubſunt imperio. 15. *Ponitur pro adverbio*; ut, *Joan.* 4. 27. ὅπλα τούτῳ, interea.

Cum ACCUSATIVO ſignificat 1. *Ad*; ut, ἐπὶ τοὺς διδασκάλους, ad præceptores. 2. *Contra, adversùs*; ut, ἐπὶ τὰς ἡδονὰς σφαλλεσθαι δεῖ, contra voluptates pugnandum eſt. *Lucian.* 3. *Propter*; ut, πρός σε ἦλθον ἐπ' ἀργύριον, ad te veni pecuniæ causâ, i.e. ἕνεκεν ἀργυρίου. *Xenoph.* 4. *In*; ut, ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον ἢ ἐπὶ ἄνθρωπον, *Pſal.* 118. melius eſt confidere in Domino, quàm in homine: ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν ἅπαντα, κακοήθειά ἐστι, malitioſi animi eſt omnia in deteriorem partem interpretari. *Ariſt.* 5. *Super, ſupra*; ut, *Luc.* 2. 25. τὸ πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν, Spiritus S erat ſuper eo. Sic *Luc.* 4. 18. *Luc.* 1. 33. *Joan.* 1. 33. ἐπ' ὑγρὰ νῶτα θαλάσσης, ſuper æquora maris. 6. *Tempus*; ut, ἐπὶ πολὺ χρόνον ἠσθένουν & ἡ μάχη, ad multum temporis anceps fuit pugna. *Luc.* 10. 35. ἐπὶ τριῶ αὔριον, poſtero die. 7. *Ponitur cum accuſativo loco adverbii*; ut, ἐπὶ τὸ αὐτό, unà, ſimul. *Act* 3. 1. Ζῶμεν ἐπὶ μήκιστον, vivas quàm diutiſſimè. *Lucian.* ἐπ' ὀλίγον, paululum. 8. *Inſervit etiam periphraſi*; ut, οἱ ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, præſèi, qui ſunt ad vel apud Antigonum, comitatus Antigoni.

Compoſita ſignificat 1. *In*; ut, ἐπιφέρω, infero. 2. *Super*; ut, ἐπιγράφω, inſcribo. 3. *Contra*; ut, ὁπλίζομαι, armo contra aliquem. 4. *Poſt*; ut, ἐπιμυθέομαι, poſt factum conſulo: ἐπιμανθάνω, poſt

aut

ut ſerò diſco. 5. *Initium, conatum*; ut, ἐπιχείρω ποιεῖν τι, aggredior aliquid facere. 6. *Proclivitatem & habitum*; ut, ἐπικίνδυνος, periculoſus: ἐπίτιμος, cui honos ſalvus eſt. 7. *Incruſtationem ſeu integumentum*; ut, ἐπίχρυσος inauratus, ἐπίπλαστος fucatus, fictus. 8. *Poteſtatem*; ut, οἱ ἐφεστῶτες τοῖς πράγμασι, præfecti adminiſtrationi rerum. 9. *Augget*; ut, ἐπικρατέω, prævaleo, impero. 10. *Minuit*; ut, ἐπιλεύκος, aliquantum albus, vel albicans; ἐπιμέλας nigricans. 11. *Vitiat ſignificationem*; ut, ἐπιορκεῖν, pejerare.

Κατὰ *cum Genitivo & Accuſativo.* Κατὰ

I. Cum GENITIVO ſignificat 1. *Contra*; ut, *Rom.* 8. 31. εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ſi Deus pro nobis, quis contra nos? κατὰ Φιλίππου λέγειν, contra Philippum dicere. 2. *De*; i. e. κάτω *deorſum*; ut, κατὰ τῆς πέτρας ῥίπτειν, è ſaxis dejicere. 3. *De*, i. e. περὶ; ut, κατὰ ἀρετῆς φρονεῖν, de virtute dicendum eſt. 4. *In*; ut, κατὰ κόρρης παίειν, in maxillam percutere, *Marc* 14 3. κατὰ κεφαλῆς, in caput. 5. *Super vel ſupra*; ut, κατὰ πέτρας σπείρειν, ſuper ſaxa ſeminas. 6. *Sub*; ut, ἔδυ κατὰ γῆς, deſcendit ſub terram. 7. *Poſt vel à*; ut, κατὰ νώτου, à tergo. 8. *Per*; ut, *Act.* 9. 42. καθ' ὅλης τῆς Ἰόππης, per totam Ioppen. 9. *Per in jurando*; ut, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, *Hebr.* 6. 13. juravit per ſeipſum. 10. *Poëticè ponitur pro ἀπὸ*; ut, κατ' Ὀλύμποιο κορυφῶν, ab Olympi verticibus. *Hom.*

II. Cum ACCUSATIVO ſignificat 1. *Secundùm, juxta*; ut, Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Evangelium ſecundùm Matthæum. *Rom.* 8. 1. κατὰ σάρκα

σάρκα περιπατῶν, ſecundùm carnem ambulare. *Pro* ; ut , κατὰ δύναμιν , pro viribus : κ ἀξίαν , pro dignitate. 3. *Propter* ; ut, κ τὰς ἀρετὰς ἐπαινούμθα , propter virtutes lau mur. 4. *In*; ἐν ; ut, κατὰ τὴν ἀγορὰν, in fo κατ' ὄναρ , in ſomnio. *Matth.* 1. 20. πρῶτ κατὰ τὰς μάχας , primus in prælio. *Luc* κατὰ τὴν νόσον , pro ἐν τῇ νόσῳ, in morbo, eſt, morbi tempore. 5. *Ad* ; ut ; κατ' κόνα θεῦ γεγένησαι ἀνθρωπ , ad imagin Dei factus eſt homo. *Luc.* 10. 32. γενόμ κατὰ τὸν τόπον, cùm veniſſet ad eum locu 6. *Per* ; ut , καθ' ἑαυτὸν , per ſe. 7. ca ; ut , οἱ καθ' ὑπερoχὴν νόμοι , leges ſunt circa exceſſum. *Ariſt. Polit.* 8. Ἐκ δεῖ τὸν παῖδα κατὰ τὸ πρόσαγμα τῷ παι γωγῷ ζῆν , oportet puerum vivere ex pr ſcripto pædagogi. *Ariſt.* 9. *Facultatem* , poteſtatem ; ut, ἡ νίκη καθ' ἡμᾶς ἐγένετο, nès nos victoria fuit : καθ' ἑαυτὸν γενόμθ , juris factus. 10. *Diſtributionem* ; ut , καθ' κάστην ἡμέραν , in ſingulos dies : κατὰ πόλ oppidatim : κατὰ κώμας , vicatim : κατ' οἰκ domeſticatim , per ſingulas familias : κατ' ἄ δρα , viritim. 11. *Tempus* ; ut , καθ' ἡμ ἐγένετο , factum eſt noſtro tempore , noſt ætate : οἱ καθ' ἡμᾶς , noſtræ ætatis hom nes. 12. *Per Ellipſin nonnunquam omittitur* ; τὸν αὐτὸν τρόπον , eodem modo : ἡμᾶς ἀπ λεσας, τὸ σὸν μέρ , perdidiſti nos, quant in te eſt , *pro* κατὰ σὸν μέρ : Σύρ τὸ μα καὶ τὴν πατρίδα , Syrus nomine & p triâ. 13. *Cum articulo periphraſi inſervit* ; οἱ κατ' ἀγορὰν, *ſcil.* πραγμάτ , cauſidici, versantur in foro : τὰ καθ' ἕκαστα , ſingul ria : τὰ καθὸ μέρ , particularia : τὰ κα

λα, universalia. 14. *Significat excessum in comparationibus*; ut, μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον, majus quàm ut homini conveniat. 15. *Interdum per Genitivum resolvitur*: ut, αἱ καλαὶ τὸ σῶμα ἡδοναὶ, *pro* αἱ τῷ σώματι ἡδοναὶ, corporis voluptates. 16. *Exponitur per adverbium*; ut, καλὰ βραχὺ, μικρὸν, ὀλίγον, paulatim: καλὰ καιρὸν, opportunè: καλὰ κόσμον, decenter: καλὰ σπουδὴν, diligenter.

Composita significat 1. Κάτω, *deorsum*; ut, καταβαίνω, descendo: καλαβλέπω, despicio. 2. *Auget*; ut, καλαπονδάζω, diligenter incumbo. 3. *Contra vel adversum significat*; ut, καλήγορῶ, accuso, ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς dico. 4. *Aliquando diversam significationem inducit*; ut, ἄγω duco, καλάγω εἰς βασιλείαν, ab exilio in regnum reduco.

Μετὰ *cum Genitivo & Accusativo.* Μετά.

I. Cum GENITIVO significat 1. *Cum*; ut, μετὰ φίλων, cum amicis. 2. *Apud*; ut, ὃς ἦν μετὰ σοῦ, qui apud te erat. *Joan.* 3. ver. 26. 3. *Inter*; ut, *Joan.* 6. ver. 23. Μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων, Nè murmurate inter vos. *Luc.* 24. 5. μετὰ νεκρῶν, inter mortuos. 4. *Per*; ut, ὅσα ὁ θεὸς ἐποίησε μετ' αὐτοῦ, quæcunque Deus per ipsos effecerat. *Act.* 15. 4.

5. *Servit*

5. *Servit periphrasi*; ut, οἱ μεθ' ἑαυτὸν, socii ejus. 6. *Sæpe per adverbium exponitur*; ut, μετὰ δικαιοσύνης, *pro* δικαίως, justè: μετ' ἀδικίας, *pro* ἀδίκως, injustè.

Poëticè cum Dativo, *inter*; ut, μετὰ πρώτοισι, inter primos.

II. Cum ACCUSATIVO significat 1. *Post*; ut, μετὰ τὸν πόλεμον συμμαχία, post bellum auxilium: μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, post mala prudentior. 2. *Ad*; [πρὸς *vel* ἐπὶ] ut, *Il. α'*. 221. μετὰ δ' ἴμονας ἄλλυς, ad Deos alios. 3. *Inter*; ut, μετὰ πάντας ὁμήλικας, inter omnes coætaneos. 4. *In*; ut, βάκτρον ἀυτῷ ἦν μετὰ χεῖρας, habebat baculum in manibus. Item, *in* cum accusativo εἰς; ut, τὸν βίβλον μετὰ χεῖρας εἰλήφως, libro in manus accepto. 5. *Servit etiam periphrasi*; ut, οἱ μεθ' ἡμᾶς, *scil.* γεγονότες, posteri.

Composita significat 1. *Trans*; ut, μεταφέρω transfero. 2. *Mutationem*; ut, μεταμέλομαι, resipisco: μεταδιδάσκω, dedoceo: μεταγινώσκω, sententiam muto. 3. *Post*; ut, μεταδόρπια, postcœnia. 4. *Cum, con*; ut, μετέχω, cum aliquo habeo, participo: μεταδίδωμι, communico. 5. *Diversam inducit significationem*; ut, ἔρχομαι venio, μετέρχομαί σε, ulciscor te.

Παρά. Παρὰ *cum Genitivo, Dativo, & Accusativo.*

I. Cum GENITIVO significat 1. *A vel ab*; ut, Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὐφρονέοντος, accipe & à servo consilium, si sapiat. *Phocyl.* 2. *De*; ut, παρ' ἐμοῦ δοῦναι, de meo dare 3. *Præ, seu excellentiam*;

cellentiam; ut, ὑπὲρ πάντων τυγχάνει, omnes excellit. 4. *Præter*; ut, οὐδὲν παρὰ λόγον ποιεῖ ὁ σοφὸς, nihil præter rationem agit sapiens. 5. *Servit periphrasi*; ut, ἡ παρὰ φίλων εὔνοια, amicorum benevolentia: οἱ παρ' αὐτὸν, *sc.* ὄντες, qui ab eo erant, propinqui ejus. Sic *Cic.* Qui erant à Platone, *id est*, Platonis sectatores.

II. Cum DATIVO significat 1. *Apud*; ut, παρὰ τῷ θεῷ ἔλεος, apud Deum misericordia. 2. *Prope vel juxta*; ut, παρὰ κακῷ ἀγαθὸν ἔθηκε, prope *vel* juxta malum posuit bonum. 3. *Opinionem*; ut, παρ' ἐμοὶ, meo judicio. 4. *Facultatem sive potestatem*; ut, παρά σοι κεῖται, in te situm est.

III. Cum ACCUSATIVO significat 1. *Ad*; ut, παρά σε ἔρχομαι, ad te venio. 2. *Apud, prope, juxta*; ut, ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν, semper graculus apud graculum: παρὰ τὴν ὁδὸν, juxta viam. *Mat.* 20. 30. 3. *In, ex*; ut, παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν, in itinere. 4. *Tempus, & exponitur per, inter, in, post*; ut, παρ' ὅλον τὸν βίον, per totam vitam: παρὰ τὸ δεῖπνον, inter cœnandum: παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, in ipsa occasione: ἡμέραν παρ' ἡμέραν, alternis diebus. 5. *Præter*; ut, παρὰ πρέπον, præter decorum: παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχῆ, præter meritum infortunatus est. 6. *Contra*; ut, παρὰ νόμον, contra legem *Act.* 18. 13. 7. *Supra*; ut, παρὰ δύναμιν, supra vires: παρ' ὃ δεῖ, supra modum. 8. *Ultra vel trans*; ut, παρὰ πόλαμὸν, ultra *vel* trans fluvium. 9. *Præ, & notat comparationem*; ut, *Rom.* 14. 5. κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, diem præ die judicat, seu æstimat. 10. *Propter, ob*; ut, παρὰ τοῦτο,

propter hoc. 1 Cor. 12. 6. παρὰ τὸ ἀδικεῖν τιμωρίαν, ob injuriam pœna. 11. *Æstimationem*; ut, παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι, nihili æstimare. 12. *Modum*, & *sæpe pro adverbio sumitur*; ut, παρὰ πολὺ χείρων, multò deterior: παρὰ πόδας, statim, è vestigio. 13. *A*, ἀπὸ; ut, λόγος derivatur παρὰ τὸ λέλογα, à perf. λέλογα. 14. *Inservit periphrasi*; ut, τὰ παρὰ φύσιν, *scil.* ὄντα, quæ contra naturam sunt.

Composita significat 1. *Ad*; ut, παραγίνομαι, advenio: παρίστημι, adsto. 2. *Contra*; ut, παράνομος, injustus. 3. *Trans*; ut, παρέρχομαι, transeo. 4. *Perperam*, *malè*, *obiter*, *vel negligenter*; ut, παρακούω, perperam audio: παρόψις, limis aspicio. 5. *Excellentiam*; ut, παρέχω, supero, vinco. 6. *Clam*; ut, παρεισάλλω, latenter invado, clam aggredior. 6. *Comparationem*; ut, παραβάλλω, confero. 7. *Augmentum*; ut, παράτολμος, valdè audax, temerarius. 8. *Diminutionem*; ut, παρόμοιος, aliquantum similis: παράσημος ῥήτωρ, adulterinus orator: ἀπὸ τῶν νομισμάτων ἃ κλῆσιν παράσημα, quæ insigniebantur notâ quâdam quæ falsitatem argueret: τῆς βασιλείας παράσημα, imperii insignia. 9 *Aliæ induc. significationes*; ut, καλῶ voco: παρακαλῶ, adhortor, consolor, &c.

Πεσ. Παρὰ *cum Genitivo*, *Dativo*, & *Accusativo*.

I. Cum GENITIVO significat 1. *De*; ut, περὶ κάλλους ἤριζον, de pulchritudine contendebant. 2. *Pro*; ut, περὶ ψυχῆς μάχεσθαι, pro animâ pugnare. 3. *Propter*, *ob*, *gratiâ*, διὰ, ἕνεκα; ut, Joan. 10. 33. περὶ καλοῦ ἔργου σε λιθάζομέν σε, ob bonum opus

opus non lapidamus te. 4. *Præ*; *notando excellentiam*; ut, περὶ ἁπάντων, præ omnibus. 5. *Æstimationem*; ut, τὸν νοῦν ἔχοντας περὶ πολλοῦ ποιῦ, sapientes magnifacito. Sic, περὶ πλείονος, ἐλάττονος, ἐλαχίστου, πλείστου, &c.

II. Cum DATIVO significat 1. *Ex*; ut, ὃν περὶ κηρὶ φιλῶ, quem ex animo amo. 2. *Circum, circa, apud & in*; ut, περὶ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρει, circa manum aureum annulum gestat: πολλὰς ἀπώλεσαν περὶ ταῖς ἁρπάξαις, multos amiserunt apud currus. 3. *Causam significat cum verbis metûs*; ut, ἔδεισε περὶ ξανθῷ Μενελάῳ, timuit flavo Menelao.

III. Cum ACCUSATIVO significat 1. *Circa, circum*; ut, περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία, fortitudo circa terribilia: περὶ δύσεις, circa fores: κακοήθεις ἀνθρώπους εἶχε περὶ αὐτὸν, improbissimos homines habebat apud se. 2. *Circiter*; ut, περὶ ἀρίστου ὥρας ἦλθον, circiter, *vel* ad prandii tempus venerunt. *Xenoph.* 3. *Erga*; ut, τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, talis sis erga tuos parentes, &c. *Isoc.* 4. *Ad*; ut, ὡς ἦλθετε περὶ τοὺς φιλοσόφους, quomodo venissem ad philosophos. 5. *In*; ut, εὐτελὴς περὶ δίαιταν, frugalis in victu: περὶ πάντα, in omnibus. *Tit.* 2. 7. 6. *Inservit periphrasi*; ut, οἱ περὶ τὰ ἱερὰ, qui sacra tractant, i. e. sacerdotes: τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, res divinæ: οἱ περὶ Ἡσίοδον, pro Ἡσίοδος, Hesiodus. *Joan.* 11. 19. τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, pro τὴν Μάρθαν καὶ Μαρίαν.

Composita significat 1. *Circum*; ut, περιάγω, circumduco: περισκέπτω, circumspicio. 2. *Augmentum*; ut, περιπαλλὴς, admodum venustus. 3. *Excellentiam*; ut, περίειμι, superior sum, excello. 4. *Malignitatem*; ut, περιφρονῶ, despicio, contemno.

Ὑπὲρ. Ὑπὲρ cum Genitivo & Accusativo.

I. Cum GENITIVO significat 1. *Pro*; ut, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, Christus pro nobis mortuus est. *Rom* 5.8. 2. *De*; ut, ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, de umbra asini. 3. *Super vel supra*; ut, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς, supra caput: ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, supra mortuos. 1 *Cor.* 15 29. Σικελοὶ οἱ ὑπὲρ τῶν ἄκρων, Siculi montani. *Thucyd.* 4. *Per, in obsecrando, vel obtestando*; ut, ὑπὲρ Χριστοῦ δέομαι, rogo te per Christum.

II. Cum ACCUSATIVO significat 1. *Supra*; ut, ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖ, supra hominem sapit: τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, quæ supra nos nihil ad nos. 2. *Ultra*; ut, ὑπὲρ πέραν φρονεῖν, ultra peram sapere. 3. *Præter*; ut, ὑπὲρ μοῖραν, præter fatum: ὑπὲρ ἀξίαν, præter dignitatem. 4. *Comparationem*; ut, ἀγαθὴ σοφία ὑπὲρ σκάνη πολέμου, præstantior est sapientia quàm arma belli.

Composita significat 1. *Super*; ut, ὑπερεκχέω, superabundo. 2. *Supra*; ut, ὑπάνθρωπος, supra-hominem. 3. *Defensionem*; ut, ὑπερασπίζω, defendo. 4. *Vicem*; ut, ὑπερπονεῖν, pro aliquo laborare: ὑπαποθνήσκειν, pro aliquo mori. 5. *Augmentum*; ut, ὑπεμαίνομαι, nimis insanio: ὑπερλίαν, vehementissimè. 6. *Malignitatem*; ut, ὑπερύλης, perfidus, fœdifragus.

Ὑπ-

Ὑπὸ cum Genitivo, Dativo, & Accuſativo. Ὑπό.

I. Cum GENITIVO ſignificat 1. *Sub*; ut, ὑπὸ γῆς, ſub terram: ὑπὸ χιτῶνος, ſub tunica. 2. *A vel ab*; ut, ὑπὸ τοῦ πυρὸς καλαυλίσθαι, ab igne conſumitur. 3. *Ex, propter, ob, vel præ, notando cauſam*; ut, νοσεῖ ὑπὸ πόνου, ægrotat ex labore: ἀποθανεῖν ὑπὸ πυρετοῦ, mortuus eſt ex febre: δακρύειν ὑφ' ἡδονῆς, lacrymari præ voluptate vel gaudio: ὑπὸ πενίας οὐκ εὐεργετῶ, ob paupertatem non confero beneficium. 4. *Subjectionem*; ut, Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλέως ἐγένετο, Ægyptus iterum ditioni regis ceſſit. *Thucyd.* 5. *In*, ὄν; ut, ἡμῖν δὲ ὑπ' εὐδίας μᾶλλον ἔσται πάντα, nobis in tranquillo magis erunt omnia.

II. Cum DATIVO ſignificat 1. *Sub*; ut, ὑπὸ τῇ λεοντῇ πίθηκος, ſub pelle leonina ſimia. 2. *Subjectionem*; ut, ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένοντο, Romanis ſubjecti ſunt. 3. *A vel ab*; ut, ὑπὸ Τρώεσι δαμῆναι, à Trojanis domari. 4. *In*; ut, ὑπὸ νυκτί, in nocte. 5. *Coram*; ut, λέγω ὑμῖν, ὡς ὑπὸ θεῷ μάρτυρι, dico verò, tanquam coram Deo teſte. 6. *Ex*; ut, ὑπὸ δαύματι ἐτέτατο, malè habebat ex vulnere. 7. *Cum, μετ*; ut, ὑπὸ φωτὶ πολλῷ, pro μετὰ φωτὸς πολλοῦ, multo lumine.

III. Cum ACCUSATIVO ſignificat 1. *Locum, & exponitur ſub, ſubter, ἐπὶ vel εἰς, ad, poſt*; ut, οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν ἄνθρωποι, homines, qui terras ſub Oriente colunt; *id eſt*, homines

mines orientales. *Herodian.* ὑπὸ γλῶ, ſubter terram: ὑπὸ τὴν συκῆν, ſubter ficum. *Joan.* 1.48. *Col.* 1.23. αἴρεις & ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, deformoſiſſimus vir ad Trojam venit. *Iliad.* β'. *de Therſite.* 2. *Tempus, & exp. ſub*; ut, ὑπὸ κυνία, ſub caniculam. 3. *Subjectionem*; ut, μαθητὴς ὦν, ὑπὸ τὸν διδάσκαλον ἴσθι, diſcipulus cùm ſis, eſto ſub præceptore. *Galat.* 4.2. ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ, ſub tutoribus eſt. *Rom.* 6. 14. οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον, ἀλλὰ ὑπὸ χάριν, non eſtis ſub lege, ſed ſub gratiâ. *Matth* 8.9. ὑπ' ἐξουσίαν: ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, ſibi ſubjicere.

Compoſita ſignificat 1. *Sub*; ut, ὑπογράφω, ſubſcribo. 2. *Subjectionem*; ut, ὑποτάσσειν, ſubjicere. 3. *Re, iterum*; ut, ὑποστρέφω, reverto. ὑπανθρωπίζει νόσος, recrudeſcit morbus. 4. *Diminutionem*; ut, ὑποδείδω, ſubvereor: ὑπομειδιῶ, ſubrideo. 5. *Augmentum*; ut, ὑποπίνω, largiùs bibo. 6. *Improbitatem materiæ*; ut, ὑπόχρυσος, aurum adulterinum.

Regul

Regulæ Generales de Præpositionibus.

I. PRæpositiones, ſuis caſibus poſtpoſitæ, tonum retrahunt; ut, εἰρήνης περὶ, de pace.

Duæ Præpoſitiones ἀνὰ & διὰ excipiuntur, nè confundantur cum nominibus Ἄνα, *O Rex*, & Δία, *Jovem*, à Ζεύς.

II. *Præpoſitiones, pro verbis cum præpoſitione compoſitis, accentum retrahunt*: ut, ἔνι pro ἔνεστι: ἔπι pro ἔπεστι: μέτα pro μέτεστι: πάρα pro πάρεστι: ἄνα pro ἀνάστηθι.

III. *Præpoſitiones, ſine caſu poſitæ, vel cum ſuis caſibus compoſitæ, migrant in Adverbia*; ut, εἴκοσι καὶ πρὸς, viginti & amplius: ἐμπροσθὲν ποιεῖσθαι, ante pedes ſtatuere: διαλάκτως, celeriter: καθόλα, in univerſum.

IV. *Cum Adverbiis conjunguntur*; ut, πρόσθεν, jam olim: ἔμπροσθεν, antea: ἐσαεὶ, in æternum.

V. *Per Tmeſin poëticam diſſolvuntur*; ut, κατὰ γαῖαν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε: ἐξ ἔφην εἶπον, pro ἐξεῖπον ἔφην.

VI. *Sæpe omittuntur*; ut, πόσου διδάσκει; quanti docet? *pro* ἐπὶ πόσου; pro quanta mercede?

¶ De Syntaxi figuratâ.

FIguræ *Syntaxeos* communes sunt Græcis cum Latinis: Omnium autem usitatissima est ENALLAGE, quâ una pars cum alia, modus cum modo, tempus cum tempore; itémque genus cum genere, casus cum casu, numerus cum numero permutatur.

Græci, & præcipuè Poëtæ, sæpe utuntur Infinitivo, loco Imperativi: ut,

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,
Semper optimè te gere in bello, & esto aliis præstantior:
pro, ἀριστεύε, & ὑπείροχος ἴσθι.

¶ De Accentibus Regulæ quædam GENERALES.

1. DIctionum aliæ ἄτονοι sunt, *i.e* nullo accentu notantur; *viz.* ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, ὑ, ὑκ, ὑχ, εἰ, ὡς, ἐν, εἰς vel ἐς, ἐκ vel ἐξ. Reliquæ omnes ἔνσοροι, *i.e.* accentum habent, nisi amittant, vel, ob inclinationem, transferant.

Sed ὡ sententiam terminans, & οἱ redditivum, aut in fine periodi posita, acuitur; ut, *Joan.* 21. ver. 5. παιδία μὴ τι προσφάγιον ἔχετε; ——Ἀμήν. οὐ. aliàs accentu caret.

2. *Vocabulum*

2. *Vocabulum dicitur*

Oxytonon, quod acutum habet in ultima; ut, θεός. *Paroxytonon*, in penultima; ut, λόγος. *Properoxytonon*, in antepenultima; ut, ἄνθρωπος.

Perispomenon, quod circumflexum habet in ultima; ut, ποιῶ. *Properispomenon*, in penultima; ut, μῦσα.

Barytonon, quod nullum habet accentum in ultima signatum, sed intellectum; ut, τύπτω, μῦσα, ἄνθρωπος.

3. *Usus Toni triplex est*:

1. Moderari Orthoëpiam; ut, ἰσοεία. 2. Multas voces distinguere; ut, πλέον *minor*, πλέον *minuens*: κεῖνο *judico*, κεινῶ *judicabo*: εἰσὶ *sunt*, εἶσι *vadit*. 3. Quantitatem syllabæ interdum indicare; ut, nomina in ίτης & ῖτις penultimam habent longam; ut, πολίτης, πολῖτις.

4. Diphthongi αι & οι finales, in ratione accentuum, pro brevibus habentur; ut, μῦσαι, ἄνθρωποι.

Adverbium οἶκοι *domi* excipitur, ad differentiam ab οἶκοι *ades*, ab οἶκος. Item Optativi; ut, ποιήσοις *feciſſes*, nè coincidat cum ποιῆσοις *feciſſe*. At ποιήσοις *fac*, est Aor. 1. Imper. med.

5. In contractione, ex acuto [*in priori signato*] & gravi [*in posteriori subintellecto*] fit circumflexus; ut, ποιέω—ῶ, ποιέῃς—ῇς, ποιέουσι—οῦσι.

Excipe τὼ λυτέω—ά (non λυτῶ) *Laconicum*: & τὼ γλυκέα—ά, à γλυκύς *mens.*

Ex

Ex gravi [*in priori subintellecto*] & acuto [*in p*
seriori signato] fit acutus; ut, ἐγώ, ἐσώ, non ἐσῶ

6. *In Polysyllabis, si ultima sit brevi*
acutus erit in antepenultima; si
longa, in penultima; ut, ἄνθρωπος
ἀνθρώπου.

Excipiuntur 1. *Attica*; ut, πόλεως, λέξεως, Μ
νέλεως. 2. *Participia præteriti passivi*; ut, τέλυμμ
νος, λελεγμένος. 3. *Verbalia in* έος *&* έον; u
λεκτέος, γεγραπτέος, οἰστέον, ἑλκυστέον. 4. *Geniti*
Ionicè primæ simplicium; ut, Αἰνείαω, Πηλείδ
Æneæ, Pelidæ. 5. *Participia neutra*; ut, πολε
βοήσιον, χρυσοῦν, *quibus adde* χαεῖν. 6. *Imperativi*
Præpositione dissyllaba, & voce monosyllaba compositi; u
δὸς da, ἀπόδος redde: ἧς mitte, ἄφες remitte:
pone, ἔμβαλε impone. 7. *Composita cum nomine ἀγο*
terito medio, in his verbis βάλλω, χέω, λέγω, νέμω, λ
λῶ, πολῶ: ut, ἐκβολή, οἰνοχόος, θεολόγος, οἰκο
νόμος, μογιλάλος: *at cum præpositione composita p*
paroxytona sunt; ut, περίοδος, περίοχος, καλλιγρ
ἀμφίπολος. 8. *Composita cum nomine, &* κλέος co
cido, τρέφω nutrio, φθείρω corrumpo, τίκτω pari
φάγω comedo, *si activè capiantur, acuunt penultimam*
passivè, antepenultimam; ut, μητροκτόνος, matricidi
μητροκτόνος, à matre occisus θεοτρόφος, qui fer
nutrit: θηρότροφος, à feris nutritus λαοφθόρ
qui populum corrumpit: λαόφθορος, à populo co
ruptus. θεοτόκος, Dei genetrix: θεότοκος, ex De
natus. ἰχθυοφάγος, qui pisces edit: ἰχθυόφαγ
qui à piscibus editur. 9. ἐγγύθι, ἐγγύθεν, ἐγγύ
& similia, præter ἄλλοθεν, οἴκοθεν, πάντοθεν. 10.
ἱερός, ἀγαθός, ἐναγής, ἀργυρός, *& similia.*

7. Oxyto

7. *Oxytona primæ, ſecundæ, & tertiæ Declinationis ſimplicium, fiunt periſpomena in omnibus Genitivis & Dativis; in reliquis verò caſibus manent oxytona*; ut,

1. λῃστὴς, λῃστοῦ, λῃστῇ, λῃστὴν, λῃστὰ, &c.
2. τιμὴ, τιμῆς, τιμῇ, τιμὴν, τιμὴ, &c.
3. θεὸς, θεοῦ, θεῷ, θεὸν, θεὲ, &c.

Sic μία cum compoſitis ἑκμία, μηδμία, in Genitivo & Dativo circumflectuntur, etſi in Nominativo penacuuntur; ut,

μία,	τῆς μιᾶς,	τῇ μιᾷ.
ἑκμία,	——— ᾶς,	——— ᾷ.
μηδμία,	——— ᾶς,	——— ᾷ.

8. Si acutus ſit in penultima, ubique manebit; ut, λόγος, λόγου, λόγῳ, &c.

9. Si circumflexus fuerit in penultima, mutatur in acutum, quoties ultima fit longa; ut, οἶκος, οἴκου, οἴκῳ, &c.

10. Acutus in antepenultima, transfertur in penultimam, cùm ultima fit longa; ut, ἄνθρωπος, ἀνθρώπου.

11. *Genitivus pluralis in prima & ſecunda Declinatione circumflectitur*; ut, ταμιῶν, θεραπόντων, μισθῶν.

Excipiuntur, ἡ χλιῶν, à χλιὸς aper: χρέων, à χρέος fœnerator: ἐτησίων, ab ἔτησία, Eteſia venti.

2. Adjectiva Barytona, quæ deſcendunt à maſculinis tertiæ Declinationis; ut, ἅγιος, ἁγία, ἅγιον;

γιον: Gen.pl. ἀγίων per omnia genera, non ἁγί

12. *In quintâ Declinatione ſimplicium,*

Acutus in ultima recti, erit in penulti obliquorum; ut, ἡ λαμπὰς *fax*, τῆς λαμ δῷ, τῇ λαμπάδι. Sin penultima fue longa naturâ, circumflectitur, quoties ulti ſit brevis vel anceps; ut, Ζωΐλης ——ῆρῳ— —ῆν.

Acutus, vel circumflexus in penultima re transfertur in antepenultimam obliquor cùm ultima ſit brevis; ut, σῶμα—σώματ μάρτυς——μάρτυρες.

Acutus in antepenultima recti perma quoties ultima ſit brevis vel anceps; ut, σ μα—ποιήμαλος. Sed cùm ultima ſit lon accentus erit in penultima; ut, ποιημάτων.

13. *Monoſyllaba quintæ Declinationis Genitivo & Dativo ſingulari Dativo plurali oxytona ſunt: in G nitivo plurali, Genitivo & Dati Duali, periſpomena: in Accuſati ſingulari, in Nominativo, Accuſa vo & Vocativo Duali & Plur penultima circumflectitur, ſi ſit turâ longa;*

Ut, ἡ χεὶρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χ Dual. τὼ χεῖρε. τοῖν χειροῖν. Pl. αἱ χεῖρες χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας. Sic δὸς, εἰς—ἐντὸς, πᾶς, παντὸς. Excipiuntur ticipia Monoſyllaba, quæ in obliqua paroxytona ſun δεὶς—δεντος—δεντι: ἂν—ὅντος—ὄντι: γᾶς—

ος—σίν. 2. *Genitivi decem*; videlicet, παίδων à παῖς *puer*: τρώων à τρῶς. *Trojanus*: πάντων à πᾶς *omnis*: δάδων à δᾶς *fax*: δμώων à δμὼς *famulus*: φώτων à φῶς *lumen*: ὤτων ab ἓς *auris*: θώων à θὼς *lupus cervarius*: κράτων à κρᾶς *caput*: φώδων ab ἡ φὼς *macula ab igne inusta*: πάντων à πᾶς *omnis*; in Dat. plur. πᾶσι. 3. *Quæ fiunt ex contractione*; ut, τὸ 'κῆρ—κῆ-ρος à κέαρ *cor*: ἦρ——ἦρος ab ἔαρ *ver*. 4. *Τίς interrogativum, quod tonum habet in priori per omnes casus*; ut, τίνος, τίνι, τίνα, &c. Sed τὶς *indefinitum, quod* per omnes casus accentum habet in ultima, præterquam ubi amittit eam ratione inclinationis; ut, τινὸς, τινὶ, τινὰ, &c.

14. *Penultima, naturâ longa, ante finalem brevem vel positione longam, circumflectitur.*

Ut, σῶμα *corpus*, ἦλθον *veni*, αὖλαξ *sulcus*. Excipe illa, quorum penultima, positione tantùm, & non naturâ, producitur; ut, τύπτε, τύπτον.

15. *Monosyllaba, post apocopen, acuuntur; post aphæresin, circumflectuntur.*

Ut, χρῆν, χρὴ *oportet*: ἔφλον, ἔφλε, ἔφλ, *dixi—isti—it*: ἐῶ, ᾗς, ᾗ, & rursus ἰὼ, ἦς, ἦ. Brevia verò monosyllaba, post aphæresin acuuntur; ut, ἔδαι, ἅδ.

16. *Composita sæpissimè retrahunt tonum, sed non semper.*

Ut, ἀ δίκη, ἄδικος *injustus*: ἀ τέχνη, ὁμότεχνος *qui est ejusdem artificii*: ἀ χθὼν ἑστία, αὐτόχθων *indigena*: ἀ δοῦλος *servus*, συνδοῦλος *conservus*.

Non

Non semper: nam 1. *excipiuntur quædam Adiectiva pri* trabunt *Contractorum, quæ sunt oxytona*; ut, πειθήνιος pet rativi : cher, εὐσεβὴς pius, ἀσεβὴς impius. 2. *Multa ali* cis ; u ut, ἀρχιατρὸς summus medicus, ἐκλεκτὸς elect σωτὴρ collega, ἀγαθουργὸς beneficus, &c. *Oxytona verbalia in n, etiam in compositis manent Oxy na*; ut, ἀγωγὴ, ἀπαγωγὴ, ἐυχὴ, προσευχή.

17. *Vocativi primæ Contractorum* Ut, *α, à Proprijs in ης ; & quatu primæ simplicium in α, accentum i antepenultimam retrahunt.*

Ut, ὁ Σωκράτης, ὦ Σώκρατες : ὁ δεσπότης domin ὦ δέσποτα : ὁ μνησίστης consiliarius, ὦ μνήστα : εὐρυόπης late videns, ὦ εὐρύοπα : ὁ ἀκακούτης i noxius, ὦ ἀκάκητα. *Quibus addi possunt*, θύγατ ὁ θυγάτηρ filia : Δήμητερ, ὁ Δημήτηρ Ceres : ἀνέ τες, *ab* εἰνάτης fratrix : & σῶτερ, σώτειρα, δᾶερ, ε τερες, *ab oxytonis* σωτὴρ, σώτειρα, δαὴρ, ἑ

18. *Verba composita simplicia* acce *tum retrahunt.*

Ut, ἧμαι, κάθημαι sedeo : κεῖμαι jaceo, πρόκει circumjaceo. Excipiuntur, 1. *Præterita & Aorist priore longa, quæ retinent accentum in compositis*; ut, ἔ χον, κάλεσχον, ἦλθον, ἐπῆλθον : *ab* οἶδα *autem* σύν δα, *properispomenum est*. 2. *Futura circumflexa*; u στελῶ, στελῶμαι, ἀποστελῶ—ῦμαι. 3. *Participia præ rita & Aoristi*; ut, γεγονὼς, παρεγεγονὼς : βὰς, ἀνα βάς. 4. *Præterita & Aoristi infinitivorum*; ut, σύν δωκέναι : βῆναι, ἀναβῆναι. 5. *Verba circumflexa* ut, ὄλλῦμι, σωβλῶ. 6. *Composita verbi* εἰμὶ *sum*, *pr* trabu

rahunt accentum in ſolis præſentibus Indicativi & Imperativi: in aliis verò omnibus, retinent accentum ſimplicis; ut, ἄπειμι, ἄπει, ἄπεισι, ἀπιῶν, ἀπῶν, &c.

19. *Adverbia in ως ſervant accentum Genitivorum, à quibus deriventur.*

Ut, δικαίως juſtè, à δικαίου: σοφῶς ſapienter, à σοφῶν: ἀληθῶς verè, ab ἀληθῶν.

20. *Subſtantiva in εια ab adjectivis in ης, acuunt penultimam: à verbis in εύω, penultimam.*

Ut, ἀλήθεια veritas, ab ἀληθής: ἀδύνεια infirmitas, ab ἀδυνής: βασιλεια regnum, à βασιλεύω: δουλεία ſervitus, à δοῦλος.

Ἰῶτα *Atticum, in fine additum, Oxytonon eſt.*

Ut, τουτοὶ hic: ταυτὶ hæc: τουτονὶ illorum.

¶ De Encliticis.

Enclitica Dictio eſt, quæ proprium accentum inclinat in dictionis præcedentis finalem ſyllabam, eam acuens; ut, ἄνθρωπός τις, σῶμά μου. Vel amittit; ut, λόγός ἐστι.

Reperiuntur

Reperiuntur Enclitiçæ dictiones in Orationis partibus.

1. *In Articulo*; ut, τοῦ vel τοῦ, & τῷ, pro definitis, τινὸς & τινί. 2. *In nomine*; ut, τὶς definitum, per omnes casus: sed τὶς interrogativum semper acuitur. 3. *In Pronomine*; ut, μοὶ, μέ: σοῦ, σοὶ, σέ: ἕ, οἵ, ἕ: σφωὶ, σφὲ, σφᾶς. 4. *In verbo*; ut, εἰμὶ & φημὶ, in omnibus personis Indicativi præsentis, exceptâ secunda singulari. 5. *In Adverbio*; ut, πῆ, ποθὲν ποθὶ, πῃ, ποῖ, πῇ, πῶ, πῶς, indefinita habentia accentum in ultima. Interrogativa vero accentum habent in penultima, & non inclinantur, πόθεν ἔρχεϑ'; *unde venit?* 6. *In Conjunctione*, duæ copulativæ, κε, τε, expletivæ immerè, ῥὰ, γὲ, νὺ, πὲρ, τοὶ, &c. Item δὴ cum Articulo junctum; ut, ὁδέ, ἥδε, τόδε.

Inclinant accentum in dictionem præcedentem, quando præcedens dictio habet vel acutum in antepenultima; vel circumflexum in penultima, vel est pes trochaïcus; ut,

ἄνθρωπός τίς ἄνθρωπός ἐστι:
δῶλός σε —— δῶλός ἐσσι.
δῶρά μοι —— δῶρα μοῦ.

Amittunt accentum, cùm præcedens dictio habeat vel acutum in penultima, circumflexum in ultima, vel acutum in ultima. ut,

λόγ☉ σε	λόγ☉ δὲ.
ὀρῶ σε	ὀρῶ δὲ.
παλίρ με	παλίρ δὲ.

Retinent nonnunquam accentum ſuum, vel propter euphoniam, vel propter emphaſin, vel differentiæ causâ, vel propter parenthesin.

1. *Propter εὐφωνίαν*: ut, *Act.* 28. 3. οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον, neque in Cæſarem quicquam peccavi. Sic, ἕνεκα μοῦ, propter me: ἕνεκα σοῦ, propter te. 2. *Propter emphaſin*; ut, *Rom.* 11. 18. οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλὰ ἡ ῥίζα σέ, non tu radicem portas, ſed radix te. *Joan.* 21. 22. τί πρὸς σέ; quid ad te. 3. *Differentiæ causâ*; ut, *Eph.* 2. 12. οἱ πόλε ὄντες μακρὰν, vos, qui quondam eratis longinqui; *non* οἱ πόλε, *nè quis putet* οἱ *eſſe articulum poſtpoſitivum, ab* ὃς qui. 4. *Propter parenthesin*; ut, Mar. 2. 10. (λέγει τῷ παραλυτικῷ) σοὶ λέγω, ἔγειραι. (Dicit paralytico) Tibi dico, ſurge.

Synenclitica dicuntur, cùm plures encliticæ conjunguntur, & tunc præcedens propter ſequentem acuitur.

Ut, *Rom.* 3. 7. καθὼς φασί τινες, prout quidam aiunt: τυφλοί τινες μὲ, verberant me aliqui. *Luc.* 19. 8. εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ſi quid aliquem defraudavi.

Verbum ἐσὶ *aliquoties accentum retrahit inclinat, amittit, vel retinet.*

1. *Retrahit in priorem ſyllabam*, quando eſt initium orationis; vel immediatè poſtponitur Adverbiis ὐχ, ὡς, καὶ, εἰ, ἀλλὰ, τοῦτο: ut, ἔσι πόλις ἐρύρη: ἔσι μαθητὴς ὑπὲρ δ' διδάσκαλον, *non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum.* τοῦτ' ἔσι, *hoc eſt.*

2. *Inclinat*, ſi præcedens dictio circumflexa in penultima, vel acuta in antepenultima; ut, σῶμά ἐσι: ἄνθρωπός ἐσι.

3. *Amittit* poſt dictionem, quæ vel acuitur, vel circumflectitur in ultima; ut λόγός ἐσι: Ἑρμῆς ἐσ

4. *Retinet* tonum in ultima, ſi poſtponatur gravitono (*Spondæo* ſcilicet, *Trochæo*, *Iambo*, vel *Pymchio*;) ut, Ἥρως ἐσὶ: μελίης ἐσί: γάλως ἐσί: λόγ ἐσί. Vel circumflexo, in quo ultima poſitione longa eſt; ut, φοῖνιξ ἐσί: χῆρυξ ἐσί.

Synopſis Encliticarum.

Monoſyllabæ

κύνειός σε.
ϝῶλός σε.
λόγῳ σε.
θεῷ σε.
θεός μι.

Dyſſyllabæ

κύνειός ἐσι.
ϝῶλός ἐσι.
λόγῳ ἐσι.
θεῷ ἐσι.
θεός ἐσι.
κύνειός σέ ἐσι: τύψωσί μέ τινες.
ἕνεκα σοῦ.
ἔσι πόλις: ἄλλ' ἔσι: τοῦτ' ἔσι.

¶ D

¶ De Figuris, ſeu Paſſionibus Dictionum.

VOcantur communi nomine *Metaplaſmus*, i.e. transformatio, vel mutatio dictionis; quòd uſitata dictionum forma, vel neceſſitate metri, vel ornandi poëmatis causâ, à Poëtis in novam figuram faciémque mutetur.

1. *Proſtheſis* eſt appoſitio literæ vel ſyllabæ ad principium dictionis; ut, σμικρὸς pro μικρὸς: ἐωρακα pro ὄρακα.

2. *Aphæreſis* eſt ablatio literæ vel ſyllabæ à principio dictionis; ut, κεῖνος pro ἐκεῖνος: τύλα pro ἔτυλα.

3. *Epentheſis* eſt interpoſitio literæ vel ſyllabæ in medio dictionis; ut, μίαν pro μία: ἄγαγον pro ἦγον.

4. *Syncope* eſt ablatio literæ vel ſyllabæ è medio dictionis; ut, ἆλθον pro ἤλυθον: ἀνέμιλλα pro ἀνεπάμυλλα.

5. *Paragoge* eſt appoſitio literæ vel ſyllabæ ad finem dictionis; ut, λόγοισι pro λόγοις: ἔτοσδ pro ἔτος: ἔφησθα pro ἔφης. Vocatur etiam σχηματισμός.

6. *Apocope* eſt ablatio literæ vel ſyllabæ à fine dictionis; ut, δῶ pro δῶμα: Ἀπόλλ pro Ἀπόλλωνα.

7. *Synæreſis* eſt duarum ſyllabarum in unam contractio; ut, τείχει pro τείχεϊ. Dicitur etiam *Synecphoneſis*, vel Συναίρεσις, vel Σύνοδος: ut,

χρυσῷ ἀνὰ σκήπτρῳ —— *Hom.*

8. *Diæresis* [sive *Dialysis*] est distractio unius syllabæ in duas; ut, παῦς pro πᾶς.

9. *Metathesis* est literarum transpositio; ut, κρεδία pro καρδία: καλρεὸς pro καρδεός.

10. *Antithesis* [sive *Antistœchon*] est literæ pro altera positio; ut, ῥίμμα pro ῥῖμμα: δδὺς pro ἡδύς.

11. *Tmesis* est dissectio vocis compositæ; ut, ἄκρα πόλις pro ἀκρόπολις: καλὰ γαῖα κάλυψε, pro καλυκάλυψε.

12. *Synalœpha* est elisio quædam vocalis ante alteram in diversis dictionibus; ut, τἄμα, pro τὰ ἅμα; τὄνομα pro τὸ ὄνομα.

13. *Anadiplôsis* est primarum vel secundarum syllabarum repetitio; ut, ἐπίτυμβον pro ἔτυμβον, ἀλήκοα pro ἤκοα præt med ab ἀκόω.

14. *Systole* longam syllabam corripit; ut, *Hom. Iliad. β.* ἀλλ' ἄγε δεῦρο πάντες ἐπαρήξωμεν ἰῆας Ἀχαιῶν.

15. *Diastole* brevem producit; ut, ἰοῦ pro ἰοῦ. *Hom. Iliad. α.* παῖδα δέ μοι λύσατε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε.

¶ PROSODIA GRÆCA, sive Carminum Ratio.

EX Vocalibus (sicut in *Rudimentis* dictum est) ε, ο, breves sunt naturâ.

η, ω, (unà cum diphthongis omnibus) longæ sunt naturâ.

α, ι, υ, ancipites: quarum quantitas decem modis cognoscitur:

1. Positione. 2. Vocali ante vocalem. 3. Accentu. 4. Contractione. 5. Dialecto. 6. Derivatione.

Derivatione. 7. Compositione. 8. Incremento. 9. Regulâ. 10. Exemplo seu Autoritate.

¶ 1. De Positione.

VOcalis brevis ante duas consonantes, aut duplicem, in eadem dictione vel diversis, positione longa est.

Ut, ἔργον, ἄρλ☉, λέξις, τύψω. *Hom.* πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.

Vocalis brevis ante mutam, sequente liquidâ, communis redditur: & nonnunquam ante solam liquidam.

Ut, ἀνδρῶν δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι, fecit ipsos esca canibus. ὁ etiam aliquando liquescit, & positionem tollit; ut *Aratus*,

ὥρη ἑσπερίη κραίζει πολύφωνος κορώνη,
horâ vespertinâ crocitat clamosa cornix.

¶ 2. De Vocali ante vocalem.

VOcales longæ & Diphthongi corripi vel produci possunt pro arbitrio, si modo subsequens dictio à vocali vel diphthongo incipiat.

Ut, *Hom.* ἡμέτερον δὴ οἶκον ἐς Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης, Nostrâ in domo in Argo procul à Patria. Idem, κλυθι

κλῦθι μεῦ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, *Audi me Apollo, qui Chrysen tutaris.* Solon. Ἄλλος δειλὸς ἐὼν, ἀγαθὸς δοκεῖ ἔμμεναι ἀνήρ. *Alius, qui est ignavus, bonus quandoque videtur esse vir.*

Vocalis brevis ante longam vel diphthongum corripitur, nisi producatur licentiâ Poëticâ.

Ut, οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες, ἐπέδραμον ἦες Ἀχαιῶν *Illi verò multùm clamantes accurrerunt Graeci.*

¶ 3. De Accentu.

IN Properoxytonis ultima brevis est.

Ut, ἄνθρωπος, ἀλήθεια, τράπεζα. Excipiuntur Casus Attici; ut, πόλεως, πόλεων. Item diphthongi οι & αι, quæ in ratione accentûs habentur pro brevibus, non autem in quantitate; ut, τύπτομαι, ἄνθρωποι.

Ubi penultima circumflectitur, ibi ultima brevis est; ut, σῶμα, μῦσα.

Longa enim ante longam non circumflectitur ut, ἦρως. Nisi etiam ultima positione longa fit; ut, αὖλαξ *sulcus*, ὀμῆλιξ *coetaneus.*

Cùm penultima, naturâ longa, accentum acutum habeat, anceps, quæ est in ultimâ, producitur.

Ut, ἡ ὦδη, ἡ Λήδα, ἡ δυλεία, ἡ βασιλεία. Dua τὰ μῦσα, ὁ Αἴας, ἡ δικαία *justa.*

Adjecti

Adjectiva fœminina in ρα vel α purum, paroxytona, ultimam habent longam.

Ut, σοφὴ ἔρα, ἡμέτερα: ἀγία ab ἅγιος.

Si anceps habeat acutum in penultima, ultima brevis erit.

Ut, φύσις natura: μάλα valdè, ἅμα ſimul: βίος vita, φίλος amicus, λόγος verbum.

Omnis ſyllaba circumflexa longa eſt naturâ; ut, πῦρ ignis, φῶς lux.

¶ 4. De Contractione.

OMnis ſyllaba contracta longa eſt; ut, ἐδόα, ἐζόα; τῇ πόλει, πόλι.

¶ 5. De Dialecto.

A *Doricum, pro η, longum eſt;* ut, ἀμέρα pro ἡμέρα. *Æolicum, breve eſt;* ut, νύμφα pro νύμφη.

A *Ionicè vel poëticè inſertum corripitur;* ut, πολίαλο, τετράφαθ', μηχανάαθαι, τιθήασι.

¶ 6. De Derivatione.

DErivata retinent quantitatem primitivi, & Thematis, à quo scendunt.

Ut, à νικάω, primâ longâ, vinco, νίκη victoria, ὁ νικητὴς victor: à δίκη justitia, priore brevi, δίκαιος justus, δικαιόω, &c.

Sed producitur prima in αἰδιος aternus, & ἀεννάος perennis, ab ἀεὶ semper, primâ brevi.

¶ 7. De Compositione.

COmposita simplicium quantitatem retinent.

Ut, γυνὴ mulier, priore brevi, ἀνδρόγυνος: ἀτιμία honor, priore longâ, ὁ ἢ ἄτιμος inhonorus.

α, privativa particula, in compositione brevis est, ut, ἀκλεὴς inglorius, ἀδάκρυος sine lacrymis. Particulæ etiam ζα, αει, ει, βει & δις, in compositione repertæ, corripiuntur.

¶ 8. De Incremento.

1. A INcrementum Æolicum Genitivorum longum est; ut, Ἀτρεί-

μιδάων.

2. α incrementum quintæ Declinationis simplicium breve est; in Neutris in α, ας & ας; ut, σῶμα, ἄτος

πάν-

ῥίκλαρ—ἄρος : χρέας—ἄτος. Excipe ψὰρ—ψαρὸς ſturnus. *Fœmininis & maſculinis in* ας ; ut, ἡ Παλλὰς Pallas, ὁ μέλας niger. *In nominibus in* ψ ; ut, Ἄρης—ἄβος : *& plurimis in* ξ, ut κόλαξ—ἄκος. *Maſculinis & fœmininis in* αρ *&* λς ; ut, ὁ μάκαρ beatus, ἡ ἅλς mare.

3. *Genitivus in* ωος *longus eſt, quod patet ex accentu* ; ut, τλᾶν—ᾶνος, Παιὰν—ᾶνος ; *præter* τάλως, μέλως, *brevia.*

4. *Genitivus in* αος, *à nominibus in* αις, *brevis eſt* ; ut, ναῦς navis, νεός.

5. *Dativi plurales in* ασι *ſyncopati, breves ſunt* ; ut, παλαίσι, μιμνήσι, ἀνδράσι.

I *Incrementum, aliàs breve eſt, aliàs longum.*

BREVE *eſt* 1. *In Neutris in* ι ; ut, μέλι, μέλιτος. 2. *Fœmininis & maſculinis Barytonis, quæ deſinunt in* ις, ιδος *&* ιτος ; ut, ἔρις—ἔριδος. 3. *Fœmininis oxytonis in* ιδος ; ut, πάλις—ιδος. 4. *Plurimis in* ιξ *&* ιψ ; ut, θείξ——τεχὸς capillus : χάραψ—ιγος pollubrum. *Sed producuntur* τίτλιξ—ιγος, φοινιξ—ικος.

LONGUM *eſt* 1. *In fœmininis & maſculinis, quæ duas habent terminationes in Recto* ; ut, ἀλφὶς *&* ἀλφὶν, ἀλφῖς *&* ἀλφῖν, ἀλφῖνος. 2. *In Monoſyllabis* ; ut, ὁ *vel* ἡ ῥὶν—ῥινὸς, littus : ἡ ῥὶς naſus : ἡ ἶς *vel* ἶς fibra : ὁ λὶς *vel* λὶν, Gen. λιὸς leo : λῖς—λῖδος pannus : *ſed* Δὶς—Διὸς Jupiter, *brevis eſt.* 3. ὄρνις—ὄρνιθος avis, *penultimâ longâ, &* ἀυκνήμιδες *paſſim apud Homerum.*

ϒ *Incrementum breve est.*

Scil. 1. *In monosyllabis*; ut, μῦς—μυὸς mus. 2. *In Oxytonis, paroxytonis & circumflexis in υρ desinentibus*; ut, ὁ μάρτυρ—μάρτυρος testis: ὁ νέκυς—νέκυος mortuus. 3. *Neutris in υ*; ut, γόνυ—γόνατος genu.

Nomina in υξ & υλ ferè breve habent incrementum; ut, ὁ ὄνυξ—υχος unguis: ὁ χάλυλ—υβος chalybs. *Excipiuntur* κόκκυξ—υγος, κήρυξ—υκος ὁ βόμβυξ, ὁ γρυλ—υπὸς gryps, ὁ γύλ—υπὸς vultur.

Nomina in ων, quæ etiam in ις desinunt, producuntur; ut, Φόρκων & Φόρκις—Φόρκωνος, Phorcys.

¶ 9. De Regula.

1. ANceps vocalis ante aliam non corripitur necessariò, ut apud *Latinos*: hinc ἀϊδὸς, ἰλιὰς, primam habent longam.

2. *α* In superlativo in ταλος semper breve est; ut, σοφώταλος.

3. Paroxytona nomina in *ια* penultimam brevem habent; ut, φιλία, συζία, Μαεία: præter ἀνία tristitia, κλησία nidus, κονία pulvis, ὁρμία linea piscatoria.

4. In ινος possessiva & materialia, aut quæ tempus significant, penultimam brevem habent; ut, ἀνθρώπινος humanus, λίθινος lapideus, εἰαρινὸς vernus, θερινὸς æstivus.

5. In nominibus polysyllabis in ωὶν & ύτης, υ corripitur; ut, γηθοσύνη gaudium, βεαδύτης tarditas, γλυκύτης dulcedo.

6. *υ* In pronominibus producitur; ut, ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς.

Verborum

Verborum quantitas.

7. Præſens & Imperfectum eandem perpetuò retinent quantitatem; ut, κείνω—ἔκεινον—κείνομαι—ἐκεινόμην—κεινόμενος, ſyllabâ κει ubique longâ.

8. Verba in ἄνω penultimam corripiunt; ut, μανθάνω, ἀνδάνω, λαμβάνω: niſi formentur à futuro; ut, ἀυξάνω ab ἀυξήσω, αἰδάνω ab αἰδήσω *tumeo.*

9. Verba in ιώω producunt penultimam in præſenti & imperfecto; ut, μολυίνω *contamino*, ἐμόλυινον; θύω *ſacrifico*, ἔθυον.

10. Verba in ἰω & ὑω quodammodo in penultima ſunt communia.

Quantitas in futuris & Aoriſtis.

11. Futurum primum quintæ Conjugationis perpetuò corripit penultimam; ut, στελῶ, κεινῶ.

